CONSTITV

TIONES ANGLIÆ PRO=

uinciales ex diuersis Cantuariensium Archie=
piscoporum Synodalibus decretis, per Guli=
elmum Lyndewode Anglum iam
olim collectæ.

¶ *CONSTITVTIONES ITEM*
Legatinæ, quas alii legitimas vocant, Reueren=
diss. in Christo patrũ, Othonis & Otho=
boni, quondam sedis Apostolicæ
in Anglia Legatorum,
nunc demum
accuratius quam antehac alias, in studiosorum
gratiam impressæ.

¶ *Accessit Cantuariensium Archiepiscoporum,*
quorum in hoc libro Constitutiones continentur
Catalogus, nunc primum conscriptus, atq; in lucem
editus.

LONDINI
Excudebat Thomas Marshe.
255 7 &

REVERENDISSIMO IN Christo Patri ac Domino, D. Reginaldo Polo Cardinali S. D. N. Papæ, & sedis Apostolicæ Legato, Cantuariensi Archiepiscopo, & totius Angliæ primati.

T. Marshus humilis Typographus perpetuam felicitatem optat.

CVm nuper, Reuerēdiss. in Christo Pater, in Constitutionū Anglicarū libellum incidisse, quē iā olim Guilielmus Lyndewodē Anglus, ex diuersis Cantuariensium Archiepiscoporum Synodalibus decretis, studiose collegerat: essentq; nōnulli, qui hoc tempore, quo inchoata iampridē tuis auspicijs, & felici successu celebrata Synodo, status ecclesiasticus in Anglia iam reuiuiscere, & quasi in integrum restitui cœperit, ad multorū cōmoditatē vtilitatēq; non infeliciter cessurū arbitrarentur, si opusculū hoc, quod tēporis iniuria iādiu neglectum, ac prope squallore obsitum iacuerat, pristino nitori restitutū, in plurimorū manus deueniret: operæpretiū me

facturũ existimaui, si id operis, dempta cõmentariorũ ꝓlixitate, ac nudo verborũ cõtextu adhibito, in enchiridij formã redactũ, sub tui nominis patrocinio nũc iterũ emẽdatius in publicũ prodiret. Ex frequenti enim istorũ patrũ, ãtiquarum constitutionum meditatione, præsentes quoq; ad promouenda excolendaq; ecclesiasticæ disciplinæ instituta promptiores alacrioresq; hoc tpe efficiẽtur, quãdo et alia quoq;, præfẽtis Synodi per te celebrati decreta, nõmin⁹ vtilia atq; sãcta ab omnib⁹ iam ꝓpediẽ expectẽtur. Interim publicæ rei iuuãdæ operã hãc nostrã. Reuerẽdiss. Pater, quã tibi sedis Apostolicę in Anglia Legato, eidẽq; Cantuariensi archiepo, ex hoc cõstitutionũ ꝓuincialiũ libello offerim⁹, cui et cõstitutiões illas Legatinas Othonis et Othoboni adiũximus, pro tua benignitate æqui boniq; consulas, ac Deus opt. Max. Reuerendiss. P. T. suæ ecclesiæ q; dutissime seruet incolumem.

De Guilielmo Lynwood, ex Anglorum scriptorum Catalogo.

GVilielmus Lynwod, Anglus, primis ætatis suæ annis, litteris atq; disciplinis, in patriæ suæ gymnasijs adprime institutus, demũ ad ciuilis ac Pontificij iuris studia, ita animum applicuit, vt insignem doctoratus titulum consecutus, ab Henrico Chicheleio Cantuariensi Archiepiscopo, ad supremi Ecclesiastici fori in Anglia, examinanda atq; diiudicanda negotia vocaretur, & Cantuariensis curiæ Officialis, vti vocant, diceretur. Quo in munere cũ egregie aliquandiu se gessisset, ad posterorum quoq; vtilitatem, Constitutionum Prouincialium ex præcipuis Cantuariensium

archiepiſcoporũ decretis, libros q'uinq; ad ſua vſq; tempora ſtudioſe collegit, atq; in capita quædam non incommode digeſſit. Quod opus mirifico omniũ applauſu exceptum, ac multorum inſuper Commentarijs, & annotationibus auctum atq; illuſtratum, poſteris omnibus commodiſſimum permanſit. Librum quoq;, cui Summam cauſarum, titulum indidit, conſcripſiſſe dicitur, nec aliud quidpiam quod adhuc extet edidiſſe fertur. Claruit ſub Henrico quinto, & ſexto Anglorum regibus, circa Annum domini. 1422. Henrico Chicheleio tum Cantuarienſis ſedis Archiepiſcopo, cui et prouincialium Conſtitutionum librum, vti ex eius epiſtola oſtenditur, nuncupauit.

Cantuariensi

VM ARCHIEPISCOPO=

rum quorum in hoc libro Constitutiones continentur Catalogus, in quo præter eorundem nomina & cognomina, Constitutionum ab illis editarum tituli quo libro & capite continentur: tempora item quibus vixerint, obierintq; explicantur.



T. PHANVS cognomento Langton, Parisiensis gymnasij quondam Cancellarius fuit, ac postea ab Innocentio Tertio Pontifice Romano Anno a Christo nato. 1206 Tituli sancti Chrysogoni Presbiter Cardinalis creatus, denicq; Cantuariensis Archiepiscopus, & totius Angliæ primas, dum Romæ adhuc versaretur, legitimis in Anglia Monachorum suffragijs approbante itẽ Innocẽtio tertio, declaratus est, quapropter multas & maximas aliquandiu

cum Ioanne Anglorum rege controuersias sustinuit, quibus tandem omnibus superatis atq; compositis, ad Cantuarien sem sedem receptus, multa ecclesiæ suæ commoda atq; vtilia præstitit, præter cetera autem, ex eius Constitutionibus quas octo & quadraginta composuisse dicitur: ꝝ qui sequuntur tituli his libris inseruntur.

De Officio Archidiaconi.	*ca. vt Archidiaconi.*	*lib.1*
De Transactionibus	*ca. Ceterũ districtius.*	*li.1.*
de Postulando	*ca. Qm̃ per aduocatos.*	*lib.1.*
de vita & honestate clerico.	*ca. vt clericalis ordinis.*	*lib.3*
de cohabitatione cle. et mulierũ.	*ca. vt clericalis ord.*	*li.3*
de Institutionibus	*ca. Quia iuxta*	*li.3*
de Peculio	*ca. Quia plerq;*	*li.3*
de Parochijs et alienis parochia	*ca. Ad instar*	*li.3.*
de Furtis	*ca. Prohibemus*	*li.5*
de purgatione canonica.	*ca. Ceterũ et infra.*	*lib.5*
de pœnitẽtijs & remiss.	*ca. Quoniam nonnunq;*	*lib.5*

Hic D. Thomæ Cãtuarien sis Archiepiscopi corpus ãno post eius martyrium quinquagesimo, ecclesiastico more so-

rẽniter transtulit, et cum sedi Cãtuariensi ipsemet præfuisset annis xxij. obijt ãno domini. 1228. Henrico tertio, Ioannis regis filio in Anglia regnante.

RIchardus cognomento Magnus, ex Lincolnien sis ecclesiæ Cancellario, Stephani Cardinalis in archiepiscopatu Cantuarien si successor esse meruit, qui pro eo tempore quo ecclesiam suam rexit, hos tantum constitutionum titulos edidit.

De temporibus ordinand.	*ca. Quia quidam*	*lib. 1*
De clericis coiungatis	*ca. Si qui clerici*	*li. 3*
de celebratione Missarũ	*ca Præcipimus*	*lib. 3*
de Symonia	*ca Nulli liceat*	*lib. 5*
de Pœnitentiis et remiss.	*ca. Cum anima*	*lib. 5*

Hic tertio Archiepiscopatus sui anno sedente Gregorio, ix. Pontifice Romam profectus, causã cõtra Hubertũ Cantij comitem acturus pro recuperatione arcis Tunbrigij, domum rediens in itinere obijt. Anno Domini. 1231. Eodem

Henrico tertio in Anglia regnante.

EDmundus ex Abēdonio oppido natali loco, cognomentum sortitus, cum prius Sarisbirien sis ecclesiæ Thesaurarius diceretur, propter maximam vitæ ac morum in eo sanctitatem, defūcto Richardo, statim legitimis omnium suffragijs ad Cantuarien sem Archiepiscopatum assumptus est, & a Gregorio. ix. Pontifice Romano sacro pallio, de more, donatus, qui ad cleri sui vtilitatem insequentium constitutionum titulos in scriptis reliquit.

de consuetudine	*ca. Nullus rector.*	*li.1*
de tēporibus ordinandorū.	*ca. Eos qui*	*li.1*
de Sacra vnctione.	*ca. Panni chrismales*	*li.1*
de Officio Archipresbiteri.	*ca. Itē commoneant*	*li.1*
de Treuga et pace.	*ca. Magna nobis*	*li.1*
de Pignoribus	*ca Inhibemus*	*li.3*
de voto & voti redēptione	*ca Precipimus*	*li.3*
de Religiosis domibus	*ca. Quoniam religionum*	*li.3*
de celebratione missarum	*ca. In celebratione*	*li.3*
de Baptismo & eius effectu	*ca. Baptisterium*	*lib.3*
de custodia Eucharistiæ	*Fontes*	*li.3*
de Ecclesiis edificandis	*ca. Si rector eccl-sia*	*lib.3*

de despōsatione impuberum. ca. vbi non est cōsensus. li. 4.
de Accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus. ca. Sint in quolibet lib. 5
de Symonia ca. Preterea venalitatem. li. 5
De his qui filios occiderūt ca. Fœminæ cōmoneātur. li. 5
de homicidio. ca. Si mulier mortua lib. 5
de excessibus prelatorum ca. Monemus li. 5
de penitentiis & remissi. ca. In cōfessione habeat. lib. 5

Cumq; hæc atq; alia eiusmodi ad cleri reformationem pie meditaretur, corruptos nimium sui seculi mores pertesus, et patriam ob id relinquere coactus, dum Pontiniaci cœnobio in gallia, maiorum suorum Asylo, pro sui gregis incolumitate Christū deprecaturus, exulis in morem, aliquot annos peregit, eodem loci tandem beato fine quieuit, cum sedi Cantuariēsi præfuisset annis octo: estq; ab Innocentio. iiij. pontifice Rom. aliquanto post tempore ob comprobatam etiam miraculis editis vitæ sanctimoniam, inter sanctos relatus Anno domini, M. CC. LIII.

Boni

BOnifacius, patria Sabaudienus, vir nobili prosapia natus, & Aleonoræ tum Angliæ Reginæ auũculus, Cantuariensi sedi post D. Edmundum præficitur, eo sane tempore, quo inueteratis inter Regem Henricum & proceres odijs erumpentibus, ciuile bellum in Anglia per triennium exarsit. Quamobrem Bonifacius rerum turba semet subducens, in suã Sabaudiã abiit, vnde post annos quatuor, reconciliatis rebus, in Angliam reuersus, ad Northamptonum primo, ac deinde Londini, prouinciales Synodos celebrauit, quibus item Otho ac Othobonus Cardinales, a Romano Pontifice paulo antea ad sedandas in anglia discordias legati missi, interfuere, vbi editis aliquot decretis, hæc potissimum Bonifacio autore, referuntur.

De officio iudicis ordinarij. ca Item statuimus li.1
de foro competenti. ca.contingit aliquando li.2
de concessione prebcende ca.A nostris lib.3
de iure patronatus ca.Si aliquo cuincente lib

de ceẽsibus et ꝓcurationibus	*ca. Itẽ cõtra grauamina*	*li.3*
de Immunitate eccleſiarũ	*ca. Porro, & infra*	*lib.3*
de Clerico venatore	*ca Statuimus*	*lib.5*
de purgatione Canonica	*ca. ſtatuimus, & infra*	*lib.5*
de Pœnis	*ca. Eterna ſanctio*	*li.5*
de pœnitentiis et remiſſ.	*ca. Cum ſacramentum*	*li.5*
de ſententia Excõmun.	*ca. preterea contingit*	*li.5*

Poſt hæc, iterum denicꝫ in Sabaudiam reuerſus Bonifacius, apud caſtrum cui Helenæ nomen, obijt Anno Domini 127c cum Henrico tertio adhuc in Anglia regnante, Cantuarienſem ſedem tenuiſſet annis, xxvij.

IOannes, cognomento Peccham, Frãciſcani ordinis in Anglia Prouincialis, ac Romæ poſtea ſacri Palatij Magiſter, cum Robertus Kylwarby Bonifacij archiepiſcopi per biennium ſucceſſor, a Nicolao tertio Pontifice Romano ad Cardinalatum, & Portuenſis dignitatis titulum vocaretur, Cantuarienſi ſede ſe abdicauerat, in eius locum ſucceſſit, approbante eodem Nicolao,

eidemq; Romæ consecrationem conferente. Is demum in Angliam reuersus, Redingij & Lambethi Synodos celebrauit, in quibus Lugdunensis concilij sub Gregorio. x. in Gallia habiti, decreta, ac Othonis & Othoboni legatorum in Anglia constitutiones approbauit, quibus ipse quoq;, maiorum suorum exemplo, suas adiunxit.

de summa Trinitate & fide Catholica.	*ca. Ignorantia Sacerdotum*	*lib. 1*
De constitutionibus	*ca. Quia incontinentia.*	*li 1*
de sacra. vnctione	*ca. cum sacri Chrismatis*	*li. 1*
de sacramētis iterādis	*ca. Quod in constitutione.*	*lib. 1*
de filiis presbiterorum	*ca. cum a iure*	*lib. 1*
de Officio archidiaconi	*ca. Eisdem etiam*	*lib. 1*
de Officio Archipresbuteri.	*ca. Ignorantia Sacerdotum.*	*lib. 1*
de Postulando	*ca. veloces ad audiendum*	*lib. 1*
de procuratoribus.	*ca. Exhorrenda*	*lib. 1.*
de Iudiciis	*ca. Quidam ruralium.*	*lib. 2.*
de vita & honestate clericorum religionis	*ca. Quamuis*	*lib. 3*
de clericis non residentibus fra.	*ca. Preterea, & in*	*lib. 3*
de prebendis & dignitatibus, fratres.	*ca. Audistis*	*lib. 3*

De Institutiombus ca. Ex solito cursu li.3
de Locato & conducto ca vendentes li, 3
De Testamentis ca. Religiosa Synceritas li. 3
De parochiis & alienis parrochianis ca. Altissimus. lib.3
De Regularibus ca. Sanctimoniales li.3
de statu regularium ca. Sanctimoniales li.3.
de religiosis domibus ca. Plures inuenim lib.3
de iure Patronatus ca per nostram lib.3
de celebratione missarum ca. Sacerdotes lib.3
de Baptismo & eius effectu ca. Circa Sacramen. lib.3
de custodia Eucharistiæ ca. dignissimum lib.3
de reliquiis & venerationē Sanctorum ca. dignissimum. lib.3
de Apostatis ca. Præterea sūt nōnulli. lib.5
de eo qui furtiue ordines recepit. ca. Cum secundum lib.5.
de priuilegiis ca. Sacramentum penitentiæ. lib.5
de purgatione canonica. ca. Clerici pro suis criminibus lib.5.
de Penis ca. Tantum inualuit li. 5
de penitentijs & remissionibus ca. Cum salubriter. lib.5.
de sententia excommunicationis ca. Cum malum & infra. li.5

Obijt

Obijt anno Domini. 1292. cum sediſ set ānis. xiij. Edouardo primo, Henrici tertij filio in Anglia regnante.

ROBertus wynchelſey cognominatus, poſt Ioannem defunctum in Cantuarienſem archiepiſcopum electus, a Celeſtino. v. Põtifice Romano, qui poſtea abdicato pontificatu, ſub Bonifacio Octauo, in carcere interiit, conſecrationem, & pallium accepit. Vir inſigni pietate et religione, ſed improborum hominum apud regem calumnijs ita aliquandiu oppreſſus, vt omni regis patrocinio deſtitutus, priuati hominis in morem, a ſuis Monachis in cœnobio alimenta petere, atq; ad extremum per biẽnium, exilij cauſa ſolum vertere coactus ſit, tandem vero in patriam & priſtinam regis ſui gratiam receptus, cõſtitutiones ſequentes promulgauit.

de maioritate & obedientia, ca. Preſbiteri et infra, li. 1.

tifice Romano apud Auenionem vrbem consecrationis solemnia sumpsit, in Angliã reuersus, Philippam Reginam Edouardi tertij regis coniugem, apud vvestmonasterium diademate cinxit. Moxq; Londini, in summo D. Pauli templo, cleri conuentum celebrauit, vbi Constitutiones prouinciales sequentes condidit.

De Iudiciis	*ca. Item nmnes illi,*	*lib. 2*
De feriis	*ca. animarum saluti*	*li. 2*
de Appellationibus	*ca. In Concilio Oxonien.*	*li. 2*
de Testamentis	*ca. Item quia*	*lib. 3*
de Decimis	*ca Quia quidam*	*lib. 3*
de Ecclesij ædifican.	*ca Statuimus*	*li. 5*
de Clandestina des.	*ca. Quia excontractibus.*	*li b. 4*

Obijt Anno domini. 1333. cum sedisset annis. v. & Menses. iiii. Edouardo tertio Rege, memorabilem in Scotos et Gallos expeditionem parante.

IOannes Stratford cognominatus, wyntonien sis antea episcopus, Simone defuncto, Cãtuariẽsis Archiepiscopus declaratus est. Qui cum

Pontificatus ſui initio, domi foriſq; regni negotiis potius quam Eccleſiaſticis incumberet, concitatam procerum aliquot erga ſe inuidiam, laboris ſui mercedem accepit, a quibus etiam leſæ Maieſtatis reus apud regem ipſū accuſabatur, ita tamen in publico regni concilio obiectis criminibus, ſe purgauit, vt multo magis quam ante in Regis ſui gratia reponeretur. Pontificij autem & ciuilis iuris peritiſſimus, multa ad gregis ſui incolumitatem ſanxit, ex quibus iſta potiſſimum his Conſtitutionum libris inſeruntur.

De Conſtitutionibus	*ca Exterior habitus*	*lib.1*
de Iudiciis	*ca. Excuſsis & infra*	*lib.2*
de foro competenti	*ca. Dierum inualeſcens*	*lib.2*
de ſequeſtratione poſſeſ.	*ca. Frequens peruerſorū,*	*li.2*
De Appellationibus.	*ca. Frequens peruerſorum,*	*li.2*
de vita et honeſtate cle.	*ca Exterior habitus.*	*lib.3*
de clericis non reſiden.	*ca. In decimis.*	*lib.3*
de Inſtitutionibus	*ca. Item quia Archidiac.*	*li.3*
de conceſſione preben.	*ca Eſurientis auiciæ*	*li.3*
de locato et conducto	*ca. licet bonæ memoriæ*	*li.3*
de donationibus	*ca. cordis dolore*	*li.3*

de inreuirando	*ca. presbyteri stipendarij. li. 3*	
de sepulturis	*ca. Quia inter rectores. li. 3*	
de decimis.	*ca. Qm propter diuersas. li. 3*	
de Celebratione miss.	*ca. Presbyteri stipendiarij. li. 3*	
de Ecclesiis ædificandis	*ca. vt parochiani.*	*li 3*
De penitensiis & remiss.	*ca. Presbiterij stip.*	*li. 5*

Et cum in tam varia fortuna Cantuariensẽ Ecclesiã rexisset annis. xix. Obijt. Anno Domini. 1313. Edouardo primo adhuc in Anglia regnante.

WValterus, alio cognomento Reginaldus dictus, primo Edouardi regis Thesaurarius, deinde wigornienſis Episcopus, & Anglici regni supremus Cancellarius, ad postremum, defuncto Roberto Cantuariensis Archiepiscopus declaratus est, at q̃ ad Cantuariam vrbẽ solemni ceremonia, præsẽte ipso Edouardo rege consecratus, cui toto fere regni sui tempore ciuilibus bellis vexato, in componendis vtrin q̃ controuersijs, egregiam & piam operam nauauit. Londinensi Synodo Roberti &

vualteri constitutiones, temporum iniuria neglectas restituit, quibus & suas aliquot sub his titulis addidit.

de scrutinio in ordine fa.	*ca. Cum quanta.*	*li. 1*
de Clericis peregrinis	*ca. Cum quanta*	*lib. 1*
de Tẽporibus ordinãdorũ.	*ca. Cum quanta*	*lib. 1*
de sacra vnctione	*cap. Sacerdotes*	*lib. 1*
de Sacramentis iteran.	*cap Sacerdotes*	*lib. 1*
de Officio Archidiaco.	*ca. Siut ecclesiarum*	*lib. 1*
de Celebratione missarum.	*ca. Lintheamina*	*lib. 3*
de Sponsalibus	*ca. matrimonium*	*lib. 4*
de Penitentiis & remiss	*ca. Sacerdos.*	*lib. 5*

Tertio decimo demum Pontificatus sui anno aduersæ fortunæ procellis exagitatus, eo fere tempore quo Isabella Regina Edouardo marito rege in ordinem redacto, de publici consilij sententia Edouardum filium eius nominis tertium, regno præficiendum curauerat, vita excessit. Anno domini. 1327.

SImon, cognomento Mepham, inter sui temporis Theologos maxime celebris, walteri in Cantuariensi sede successor, a Ioanne. xxii. Põtifice

re, accepto, ſtatim vt dominici gregis curæ ſibi cõmiſſæ liberius incũberet, ſupremi Cancellariatus munere, quo iam antea fungebatur, ſe abdicauit, cumq; Cantuarienſem eccleſiam vix dum biennium rexiſſet, ab eodem vrbano Pontifice, ad Cardinalitiam dignitatem vocatus, abdicato item Cantuarienſis eccleſiæ regimine, impetrata q; a rege abeundi licentia, ad Pontificem Auenione tum agentem, ſe contulit. Inter Conſtitutiones prouinciales, quas dum Cantuarienſis Archiepiſcopus eſſet, compoſuit, vel vnam hanc ſubſequentem in ſcriptis reliquit.

De conſuetudinibus, ca. ſtatutum, et infra. *li. 1.*

SImon, cognomento Sudberi, defuncto Guilielmo, qui Langhamo ad Cardinalatum aſſumpto, Cantuarienſem Archiepiſcopatũ per ſeptem annos, maximis inter Gallos et Anglos durãtibus bellis, perexigua

igua aut nulla ecclesiasticorũ decreta-
lium memoria nobilitatum rexerat, a
Londinensi Episcopatu ad Cantuari-
ensem translatus est, sub Ricardi, eius
nominis secundi, regni initia, cuius ca-
piti coronam, de more, apud westmo-
nasterium imposuit. Sed infelici paulo
post rerum euentu, populari seditione
a Cantianis, Ioanne Strauo & Caddo
plebeis ducibus contra Regem conci-
tata, dum ad compescendum ingruen-
tis multitudinis furorem, vna cum ali-
quot regni consiliariis a Rege legatus
mitteretur, in ipso Londini suburbio,
a seditiõis authoribus nulla habita dig
nitatis reuerẽtia, optimus antistes fœde
contrucidatus interiit. Anno Domini
1381, Cum Cantuarienſi sedi præfuisset
annis sex, ac menses fere totidem. In-
ter Constitutiones Prouinciales, hæc
eius feruntur.

de Celebratione miss. ca, Effrenata & infra *li, 3*
de penitentiis et rem. ca. Confessiones *lib, 5*

Tho-

de Testamentis	*ca statutum bonæ memo.*	*li.3*
de sepulturis	*ca. Quia sepe*	*li.3*
de decimis	*ca. Erroris dãnabilis*	*li.3*
de sensibus & procu.	*ca. seua et miserabilis.*	*li.3*
de celebratione Miss.	*ca. Quãsi inhonestum*	*li.3*
de ecclesiis ædificandis	*ca licet parochiani*	*lib.3*
de immunitate Eccles.	*ca Accidit nouitate*	*lib.3*
de cla destina desponſ.	*ca. Humana concupiscen.*	*li.4*
de purgatione Canon.	*ca. Itẽ licet & infra*	*li.5*
de Penis	*ca. Qm̃ reus, & infra*	*li.5*
de sententia Excõmu.	*ca. superno dei munere.*	*lib.5*
de verborum Signif.	*ca. Quanq; ex soluentibus.*	*li.5*

Obiit anno domini. 1348. cum sedisset annis. xv. Edouardo tertio post expugnatum in Gallia Caletum, captoq; in Anglia Dauide Scotorum rege, duplicis victoriæ triumphum agente.

SImon cognomento Islepp, vtriusq; iuris, ac Theologiæ Scientia clarus, nec non sub Edouardo Rege ad maxima regni negotia tractanda vocatus, post Ioannem & Thomam, qui eodem fere anno in Põtificatu obiere, approbante Clemente vi. Pontifice Romano, Cantuariensis

Antiſtes creatus, duabus hiſce Conſtitutionibus poſteris in claruit.

de Feriis *ca. Ex ſcripturis* *lib. 2*
de Miſſarum celebra. ca. Effrenata, et infra *li. 3*

Hic in Oxonienſi Gymnaſio, ad promouenda ſtudentium ingenia, Collegium condidit, prædiſq; dotauit, cui et Canturariẽſis Collegij appellationẽ indidit. Quod in hunc vtq; diem, ſcholaſticorum cœtu, & doctrinæ cultu, maxime viget. Obiit Anno Domini 1366. cum ſediſſet annis, xvij. Edouardo tertio adhuc in Anglia regnante.

SImon cognomento Langham dictus, Benedictini ordinis Monachus, et weſtmonaſteriẽſis Cœnobij Abbas, defuncto Iſleppo, ab Elyẽſi Epiſcopatu, ad Cantuarienſẽ ſedem tranſlatus, ab Vrbano. v Pontifice Romano eius creationem confirmante, Archiepiſcopali pallio, de more

moriam illi continuis ad Deum precibus prestaret, Animarum omnium, vulgo nuncupatum, alterũ Diui Bernardi nomini dicatum, quem ipsemet viuens inter diuos præ ceteris sũmopere coluit. Ex eius Constitutionibus, hæc posteris innotuere.

de Feriis	*ca. Ineffabilii, & infra*	*lib. 2*
de clericis Coniugatis	*ca. Cum ex eo.*	*lib. 3*

Obijt Anno domini. 1445. cum sedisset annis. xxix. vltimusq; in hoc Cantuariensium Pontificum catalogo habetur quorum Constitutiones isto volumine continentur, cui & Guilielmus Lyndewod, vt ex sequenti eius epistola patet, hoc opus suum nuncupauit.

DOMI=

NI GVILLIELMI LYNDEWOD IN opus sequens a se editum prefatio, in qua causas operis compilandi, tempus, intentionem, titulūq; cum benevola nuncupatione & humili submissione complectitur.

REuerendissimo in Christo patri ac domino Henrico dei gratia Cantuarien. Archiepiscopo: totius Angliæ primati, & apostolicæ sedis legato vestræ reuerendissimæ paternitatis capellanus deuotissimus Guilliel. Lyndewod inter vtriusq; iuris doctores minimus, curiæ vestræ Cantuariæ officialis, sui ipsius recommēdationem humillimam. Et cum reformatione debita suscipe presens opus. Vestræ paternitatis reuerendissimæ hortamentis instigatus, iamdudum ea que sanctorum patrum Cantuarien. ecclesiæ archiepiscoporum predecessorum vestrorum temporibus vestrisq; sub annis in conciliis prouincialibus Cantuarien. prouincie edita sunt statuta, sedula mentis intentione & frequenti lectionis studio reuoluens, cum in ipsis plura nimia sub multitudine edita, quedam scribentium vicio corrupta: nonnulla etiam propter prohemiorum prolixitatem confusionem inducentia. aliaq; ipsorum vaga et ab ina cer-

THomas cognomẽto Arõdell, ex nobiliſſima in Anglia comitum familia natus, nobilitatem ipſam doctrina & pietate ita excoluit, vt eius merito, per ſummos honorũ gradus, ad Cãtuarienſis archiepiſcopatus faſtigium euectus ſit. Is enim primo Elyenſis antiſtes, deinde Eboracenſis archiepiſcopus, & Anglici regni Cancellarius, ad poſtremũ Guilielmo Corteneio, qui vix annum Pontificatum geſſerat, in Cantuariẽſi ſede ſucceſſit. wiccleffiſtas hereticos homines, ſub id tempus Ioanne wiccleffo hæreſeos authore, ſubortos, ac non modo in Chriſti catholicæ eccleſiæ incommodum, ſed & Regis ipſius & regni perniciem armatos, acerrime impugnauit, ex quibus pleroſq; item, legittimis in eoſdem queſtionibus habitis, ignis ſupplicio addixit. Eius decreta ſacerdotali ordini tum maxime opportuna fuere.

de Clericis peregrinis. ca. Reuerẽdiſſ. *lib. 1.*
de magiſtris *ca. Reuerendiſſ. Synodo* *lib. 5*
de Hereticis *ca. Reuerendiſſimæ Syno.*

Decimo octauo demum circiter Põtificatus ſui anno, cum et Henricũ regem eius nominis quintum paulo antea regni diademate inſigniuiſſet, vita exceſſit. Anno domini. 1415.

HEnricus cognomẽto Chicheley, poſt Thomam Arondelium, ex Meuenenſi epiſcopatu in wallia, tẽpore Conſtantienſis concilij ad Cantuarienſem ſedẽ tranſlatus eſt. Vir magna rerum experientia, & in obeundis regni negotijs multa dexteritate prædituſ, cũq; ad innatam eius animi pietatẽ, doctrina ac literarũ ſcientia, inferior haberetur, hoc tamen quod ſibi deeſſe videbatur, ſuo beneficio, aliis abunde preſtitit, qui ad fouenda augendaq; ſuorum Anglorum ingenia, duo inſignia ſcholaſticorum Collegia Oxonij condidit, atq; dotauit, vnum quod mortuo me-

ciale nuncupandum censui: vestræ paternitati reuerendissime: quam vereris lucernam in ecclesia Anglicana noui radiantem cum operantis & operis submissione in omnibus sicut decet, offero corrigendum. In quo si quid veritatis inueneritis: quæso vt id vestre prudentie discretio soli principio veritatis ascribat A quo vt ait apostolus, & non ex nobis nostra sufficientia processit. Mea autem insufficientie ascribatur quicquid in hoc opere reprehensione dignum exstat. Ceterum cum hoc opusculum susceptum melioribus ratiocinibus roborantes & merito reprehendentes amplectar: ac velut agnus coram tondente obmutescens derabentibus non resistam. Protestor quod si me in hoc opere talia forsan scripsisse contigerit: quæ quod absit sint seu sapiant contra veritatem legis diuine, canonice vel ciuilis, ea ex nunc reuoco et habeo pro non scriptis. Sicq; in fidei firmitate summo lapide angulari domino nostro Iesu Christo indissolubiliter inmixus in ipsius nomine & ad christiane fidei corroborationem hoc opus inchoare dei

vtriusq; titulo seu rubrica sequenti.

certo autore prodeuntia, multa insuper eorum temporalia seu omnino superflua fuisse conspexerim: ea que de ipsis vtiliora fore sensi: resecatis superfluis & quibusdam ex eis abbreuiatis correcte in vnum opus collegi & sub congruentibus titulis ad instar libri decretalium seriosius collocaui. Demumq; post hispanici litoris sulcata maria & a regno portugallie reditum felicissimæ memoriæ Henrico rege Angliæ quinto in cuius legatione tunc eram vltimo die Augusti Anno domini M. CCCC. xxv. apud Boscum vicenariuum in Francia vita functo, reassumpto officialitatis officio Anno tunc sequenti eadem statuta glosare proposui. Ad cuius propositi executionem eo fortius impellebar: vt saltem studio tali legum & canonum aliarumq; scripturarum fundamentis, magis mihi ipsi proficerē, causarumq; & negociorum imminentium discussione arduarumq; et dubitabiliuum questionum materiis super quibus crebre interrogatus & cōsultus fueram, aptior & paratior decidendis redderer. Cōsideraui equidem quod quamquam constitutiones ipse ex interioribus medullis scripturarum & sacrorum canonum, indubitatisq; tam theologorum quam iuris canonici & ciuilis autenticorum doctorum sententiis ad vtilitatem memoratæ prouinciæ Cantuariēn subditorū extractæ. A compluribus dictæ prouincie tam patribus aliisq; prelatis & iudicibus quam ipsorum subditis neglectui quo dammodo habeantur: adeo quod temporibus his perpauci sunt qui ipsarum obseruationi, vt

ratio

ratio exigit, inuigilent. In ipsis tamen vt satis liquet, plurima ad fidei fortificationem, morum reformationem, ac simplicium directionem, animarumq; saluti necessaria continentur: quas reuera eo citius pristino studio reuocandas, & tam ipsorum prelatorum & iudicum quàm subditorum animis eo acceptiores & tenacius imprimendas fore arbitratus sum, quo magis constitutionum ipsarum clarior & ad inuestigandum apertior intellectus extiterit: quantoq; eisdem vsuri ex ipsis fructum vberiorem nouerint prouenire. Vt igitur tantorum patrum laboris industria luculentius in atrio militantis ecclesiæ refulgeat, constitutiones ipsas ex scriptis doctorum approbatorum secundū continentiam veratum conclusionum eorundem in quantum ingenij mei modulus eas comprehendere potuit apparatas: cum muliere paupercula offerre studui in gazophilacium ecclesiæ Anglicanæ. In quo quidem opusculo plura fateor occasione & pretextu multiplicium ingruentium negociorum quibus sepissime prepeditus fueram esse omissa: que alias huic operi diligentiori studio inscripsissem. Cum itaq; pater reuerendissime testāte legali eloquio in actibus humanis nihil adeo stabile neq; perfectum reperiri valet quin multiplici noscatur subiacere defectui: hoc opus quod ad dei honorem, communem vtilitatem, animæ mee salutem, & maxime virorum ecclesiasticorum simplicium profectum non ex appetitu consequende laudis sed ex caritate seminande veritatis grandi sollicitudinis studio compilare decreui, Et quod eo quòd de statutis in conciliis prouincialibus editis principaliter tractet prouinciale

De ſumma trinitate & fide catholica.

Ioannes Pecham.

IGnorantia ſacerdotum & infra. Ne quis per ignorantiã ſe excuſet, quin ſciat articulos fidei: quos oẽs eccleſiæ miniſtri ſcire tenẽtur, eos ſummaria (vt ſequitur) perſtringem⁹ breuitate. Sciendum eſt ſeptem eſſe fidei articulos pertinentes ad myſterium trinitatis: quorum quatuor pertinent ad diuinitatis intrinſeca, tres vero pertinẽt ad effectus. Primus eſt vnitas diuinæ eẽntiæ in trium perſonarum indiuiſibili trinitate. Iuxta illud. Credo in vnum deum. Secundus eſt credere patrem ingenitum eſſe deum. Terti⁹ eſt credere filium vnigenitum eſſe deum. Quartus eſt credere ſpiritum ſanctũ, nec genitum, nec ingenitum eſſe deum, ſed a pr̃e & filio

procedẽtem. Quintus eſt creatio cæli et terræ. Hoc eſt omnis viſibilis et inuiſibilis creaturæ a tota indiuiſibili trinitate. Sextus eſt ſatiſſactio eccleſiæ per ſpiritũ ſanctum, & gratiæ ſacramẽta, & cætera omnia, in quibus communicat eccleſia chriſtiana. In quo intelligitur ꝙ eccleſia cum ſuis ſacramentis & legibus per ſpiritũ ſãctũ oñi homiṇi q̃tumcũq̃ peccatori ſufficicit ad ſalutem, ꝙ extra eccleſiam non eſt ſalus. Septimum eſt conſummatio eccleſiæ per gloriam eternam in carne & anima veraciter ſuſcitandæ, & per oppoſitum intelligitur damnatio eterna reproborum. Item alii ſeptem articuli pertinent ad Chriſti humanitatem. Primus eſt incarnatio, ſeu vera carnis aſſumptio, ex ſola per ſpiritum ſanctum virgine glorioſa. Secundus eſt veri incarnati dei natiuitas ex virgine incorrupta, Tertius eſt veri Chriſti paſſio, & mors in cruce ſub tyrrãno Pylato. Quartus eſt deſcenſio chriſti ad in-

fe-

feros in anima, quiescente corpore in sepulchro ad spoliationem tartari. Quintus est vera christi resurrectio. Sextus est vera ipsius ad cœlos ascensio. Septimus est ipsius venturi ad iudicium certissima expectatio.

¶ *Idem.*

ALtissimus & infra. Attendant sacerdotes, ꝙ cum communionem sacramenti porrigunt simplicibus tempore paschali vel alio, solicite eos instruant sub panis specie eis simul dari corpus & sanguinem domini: immo Christū integrum, viuū, & verum, qui totus est sub specie sacramenti. Doceant etiam eosdem quod id quod eisdem temporibus in calice propinatur, non est Sacramentum, sed vinum purum eis hauriendum traditum, vt facilius sacramentum glutian-

ant quod ceperunt. Solis enim celebrantibus sanguinẽ sub specie vini consecrati sumere in huiusmodi minoribus ecclesiis est concessum. Instruant etiam eosdem sumptum ore sacramentum non nisi mis dentibus comminuere: sed tritũ modice sorbere perfecte: ne particulam aliquam eueniat in dentium interstitijs vel alibi remanere.

De constitutionibus. Idem.

QVia incontinentiæ vitiũ & infra. Cõstitutionem domini Othoboni cõtra concubinarios editã: precipimus inuiolabiliter ỏbseruari. Omnibusq; & singulis coepis suffraganeis nostris in virtute obedientiæ: & sub pæna suspensionis ab officio & beneficio, quam in ipsos ferimus, si spõte circa hæc fuerint negligentes, firmiter iniungendo mandamus, quatinus constitutionem prædictam faciant in quatuor anni principalibus capitulis ruralibus per se: vel

per

per eorum officiales, vel saltem per decanos rurales, vel gerentes eorum vices distincte & aperte coram toto capitulo: exclusis laicis recitari. Quam recitationē pro monitione habere volumus, vt libere contra oms vicioſos huiusmodi procedi valeat, ne causari possint, cum ad executionem priuationis in eos latæ sētēti aliter in cōstitutione prædicta processū fuerit: se monitos non fuisse. Si qui autē prædictæ cōstitutionis recitationē malicioſe impedierint, excōinicationi subiaceant ipso facto. Si quis vero neglexerit eam recitare, vel decanus, vel gerens vicem eius omni sexta feria in pane et aqua ieiunare teneatur (nisi infirmitas impedierit) donec in sequenti capitulo ipsā recitauerit seu fecerit recitari.

Ioannes Stratforth.

EXterior habitus & infra. Autoritate consilij præcipim⁹: vt locorū ordinarij quibus de subditorū ex-

cessibus spectat inquirere in locis suæ iurisdictioni subiectis: per se vel alios, annuatim inquirãt super obseruatione cõstitutionis per nos editæ de habitu clericali. Et contra reos in hac parte constitutionem ipsam per pœnas in eadem limitatas diligenti cautela faciant obseruari.

Idem.

HVius autem consilij constitutiones et prouisa remedia præcipimus in nostra prouincia Cantuarien si futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Mandantes nostris coepiscopis & suffraganeis vniuersis: vt ipsas constitutiones per se vel per alios (vt ius exigit) publicent & faciant publicari: ac in publicam notionem deduci: ad vtilitatem communem laudẽ & gloriam nominis Iesu Christi.

De consuetudine.

¶ *Symon Langham.*

Statu-

STatutum et infra. Quia vero huius occasione statuti inter rectores ecclesiarum et parochianos suos lites quas exstinguere cupimus frequẽtius oriuntur, illud duximus synodali interpretatione declarandum: vt videlicet si decedens tria vel plura cuiuscunq; generis in bonis suis habuerit animalia: optimo, cui de iure fuerit debitum, reseruato: ecclesiæ suæ: a qua sacramẽta recepit dum viueret: sine dolo, fraude, seu cõtradictione qualibet pro recompensatione subtractionis decimarum personalium necnon et oblationum: secundum melius animal reseruetur post obitum pro salute animæ ecclesiæ suæ huiusmodi liberandum. Quod si duo tantũ in bonis decedentis extiterint animalia, de mãsuetudine ecclesiæ exactio quælibet nomine mortuarij remittatur.

Quod si mulier superstite viro obierit: ad solutionem mortuarij minime coerce

atur. Sed si post obitum mariti in domo cum familiæregimine vidua per annum superuixerit, iuxta formã superius scriptam ad mortuarium obligetur. Hac autem interpretatione consuetudini laudabili super mortuariis in nostra prouincia aliter obseruatæ nolumus p̃iudiciũ generari: quin si decedẽs numerũ hmõi animaliũ habuerit: seu non habuerit vir ve aut vxor prius aut post decesserit: super p̃statione mortuarii cõsuetudo ecclesiastica obseruetur. Ad solutionem autem debiti de iure vel consuetudine mortuarij renuentes: volumus per locorum ordinarios censura ecclesiastica coartari.

Edmundus.

NVllus rector decimas Ecclesiæ suæ nondum perceptas vendere præsumat añ annũtiationẽ beatæ Mariæ virginis; a quo die fructus de consuetudine cedere debent, ad ipsorum rectorum, si ante huiusmodi fructuum perceptionem

nem

nem decesserint: debita vel legata persol uenda.

Idem Edmundus.

EOs qui non de legitimo matrimonio nati sunt, & absq; dispensatione sufficienti ordinati fuerint: eos etiam qui non suis epis præter licẽ etiam suorũ episcoporũ seu prælatorum ad sacros ordines promoti fuerint: ab executione ordinis sic suscepti suspendimus: donec dispensationis gratiam fuerint consecuti. Item decernimus q̃ hi qui in conscientia peccati mortalis prius perpetrati: vel propter questum temporalẽ tantum sacrum ordinem susceperint: officium suum non exequantur: nisi prius a peccato huiusmodi per sacramentum pœnitentiæ fuerint expiati.

Idem Edmundus.

IN primis & infra. Omnes qui irregularitatem in ordine suscepto: vel ante vel post ordines susceptos constat cõ traxisse

traxisse, nisi cum eis dispensatum fuerit expresse per eos, qui cum eis dispensare poterint, ab officij executione denuncia mus esse suspensos: donec cum eis super hoc legitime fuerit dispensatum. Irregulares, quo ad præmissa intelligine homicidas, aduocatos in causa sanguinis, symoniacos, interuentores symoniacarum pactionum. Et qui a labe illa infectis scienter ordines susceperunt: ab hereticis scismaticis vel nominatim excõmunicatis scienter ordinatos.

Item bigamos, corruptarum maritos: deo sacratarũ virginum violatores, excõmunicatos, & furtiue ordines suscipiẽtes, sortilegos, & ecclesiarum incendarios: & qui alij huiusmodi existunt.

De temporibus ordinandorum.

Richardus.

QVia quidam & infra. Episcopus nostræ iurisdictioni discretus, qui scienter clericum vel perochianũ alterius

alterius episcopi ordinauerit sine ipsius episcopi licentia speciali: ab ipsius collocatione ad quem talem susceperit, vel ordinauerit: vsq; ad condignam satisfactionem se nouerit esse suspensum.

Walterus.

CVm quanta & infra. Prohibemus ne quis abbas vel prior monachus, vel canonicus, suos ab alio episcopo quam loci diocesano faciat ordinari: nisi cum literis dimissoriis ipsius episcopi: vel in eius absentia vicarij sui generalis.

¶ *De scrutinio in ordine faciendo.*

Idem.

CVm quanta & infra. Nullus ad ordines accedat vel admittatur: nisi canonice fuerit examinatus.

Minores clerici ad inferiores gradus non admittantur: nisi idoneos habeant presentatores, & per testimonium eorum admittantur. Nullus etiam symoniacus, homicida, excõicatus, vsu-

vſurarius, ſacrilegus, incẽdarius, vel falſarius, vel alius habens canonicum impedimentum ad quoſcunq; ordines præſumat accedere: vel ad eoſdem præſẽtetur: aut quomodolibet admittatur.

De ſacra vnctione. *Edmundus.*

PAnni chriſmales non niſi in vſum ornamentorum eccleſiæ cõuertantur. Similiter alia ornamenta eccleſiæ, quæ põtificalẽ accipiunt benedictionem nullo modo in prophanos vſus deputentur. Et archidiacon⁹ in ſua viſitatione an hoc ſeruetur diligenter inquirat.

Walterus.

SAcerdos & infra. Adultus confirmandus per ſacerdotem loci vt prius confiteatur admonendus eſt: & ſic poſtea confirmetur: & ad confirmationem veniat ieiunus ob reuerentiam ſacramenti. Frequenter etiam moneantur parentes per ſacerdotes vt parvulos

uulos baptiſatos ad confirmationem du cant: nec diu expectent aduentum ep̃i. Sed pro confirmatione pueros ad eum ducant: vbi eum prope adeſſe audierint poſt baptiſmum quamcitius poterint, ſe cumq; faſcias ſiue ligaturas deferant cõ= petentes. Paruuli quoq; confirmati ter= tia die poſt confirmationem deporten= tur ad eccleſiam, & frontes eorũ per ma nus ſacerdotum in baptiſterio: propter reuerentiam chriſmatis abluãtur: & ibi= dem ligaturæ eorum tunc inſimul con= crementur. Item ad confirmationem nul lus puer teneatur a patre vitrico: vel ma tre nouerca. Et volum⁹ quod hæc pro= hibitio ſæpe per ſacerdotes in Eccleſijs publicetur, vt ſciant parentes ac alij qui pueros tenent ad confirmandum, q̃ ſpirituale vinculum in hoc ſacramento ita contrahitur, vt in baptiſmo.

¶ Idem.

Cum

CVm magna reuerentia defera=tur oleum infirmorum ad infir=mos: et ipſos inungant ſacerdo=tes cum magna deuotione & or=ationum celebritate, quæ ad hoc ſunt ordinatæ. Moneãt populum ſæpe ſacer dotes cum magna deuotione, eos ſaltem qui ſunt etatis. xiiij. annorum & ſupra: ad extremæ vnctionis ſacramentum re=cipiendum. Et quod poſt ſacramentum ſuſceptum licite poſſit reuerti ad opus coniugale. Effectus enim iſtius ſacramẽ ti patet ex verbis apoſtoli Iacobi dicen tis. Si infirmatur quis ex vobis, inducat preſbyteros eccleſiæ, vt orẽt ſuper illum vngentes eum oleo ſancto in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmũ: et alleuiabit eum dominus. Et ſi in pec=catis ſit dimittentur ei.

Pecham.

CVm ſacri chriſmatis confectio de anno in annum per locorum epiſcopos ſit agenda iuxta ſacro

rum

rum canonum ſanctiones: et ipſum chriſ
ma per eoſdem confectum annuatim fi-
delibus ſit tradendum: et vetus, ſeu quod
ſupereſt de veteri chriſmate ſit in ſacris
eccleſijs, concremandũ. Preſbyteri quoq;
qui preſunt eccleſijs, aut per ſe, aut per di
aconos, aut ſubdiaconos a locorum epiſ-
copis annis ſingulis ante paſchæ ſolen-
nitatem: vel quamcitius fieri poterit ſa-
crũ chriſma a ſingulis eccleſijs petere te-
neantur, adeo vt ſi quis de alio chriſma-
te quam de iſto nouo, quod propria
epiſcopi largitione ſeu conceſſione acce
pit, baptiſare vel baptiſatum in vertice
vngere (niſi præoccupante morte) tenta
uerit, ipſe in ſe damnationis manifeſtatur
protuliſſe ſententiam. Quidam tamen
ignorãtia craſſa ducti: quæ dolo dicitur
eſſe vicina, vel ſpiritu contumaci, ſacris
in hac parte canonib⁹ reluctãtes, q̃ a cri
mine idololatriæ, pc̃tõ ariolãdi nõ mul-
tũ aberrat, vet⁹ chriſma alicubi p̃ biẽniũ,
alicu-

alicubi per triennĩum & eo amplius reſeruantes eodem in baptiſmate & alijs ſacrificiis damnabiliter abutuntur: nouum ab epis locorum de anno in annũ nec petentes. Quod ne fiat decætero diſtricte pcipimus ſub pœna ſuſpẽſionis quã ferimus in cõtumaces cõtrariũ facientes. Quod idipſũ de ſacro cathecumenorum oleo ſano accipiẽdum credimus intellectu.

¶ *Idem.*

CONfirmationis & in infra. Contra negligentes confirmationis ſuſcipere ſacramentum ſtatuimus: ꝙ nullus ad ſacramentum corporis & ſãguinis domini admittatur extra articulum mortis, niſi fuerit confirmatus, vel niſi a receptione confirmationis rationabiliter fuerit impeditus

De ſacramentis iterandis vel non.

¶ alterus.

Sacra

SAcerdotes & infra. Caueant diligẽter parentes ne paruulos ſuos perferant iterato confirmandos: cũ et ipſi paruuli per ipſum ſacramentũ iteratum efficiantur irregulares, ſi maſculi fuerint. Et ipſi parentes ex tali negligentia graui ſecundum canones ſubiaceant vltioni.

¶ *Idem.*

SAcramentum extremæ vnctionis anno elapſo: põt licite iterari, vt videlicet quolibet anno ſemel cõferatur in graui infirmitate, de qua metus mortis imminet ægroto.

Pecham.

QVod in conſtitutione & infra. Si forte contingat pueros propter mortis periculum a laicis baptiſari, caueant ſacerdotes ne baptiſmum legitime factum audeant iterare.

¶ *Idem.*

IGnorantia ſacerdotum & infra. Sep=
tem ſunt gratiæ ſacramenta, quorum
diſpenſatores ſunt eccleſiæ prælati.
Quorum quinq; ab hominibus debent
recipi chriſtianis: vtpote baptiſmus, con
firmatio, pœnitentia, euchariſtia ſuo tẽ=
pore, & extrema vnctio: quæ tamen il=
lis dari debet: qui grauis infirmitatis in=
dicijs vidẽtur mortis appropinquare pe=
riculo: quibus, ſi fieri põt deturcũ ſunt cõ
potes mentis & rationis. Et ſi contingat
eos phreneſi, vel alia quacũq; alienatione
mentis laborare, ſi ante alienationem
erant de ſalute ſua ſolliciti, conſulimus
nihilominus hoc ſacramentum eis fi=
ducialiter miniſtrari. Credimus enim &
experimentis didicimus quamtumcunq;
phrenetico (ſi tamen prædeſtinationis ſit
filius) ipſius ſuſceptionem vel ad haben
dum dilucidum interuallum, vel ſaltem
ad ſpirituale commodum: vtpote ad aug
mentum gratiæ profuturam. Sunt & a=
lia duo ſacramenta ſcilicet ordo, et matri
monium

monium. Quorum primus perfectis cõ uenit. Secundum vero noui Testamenti tempore solis conuenit imperfectis: & tamen ipsum ex vi sacramenti credimus largiri gratiam, si sincero animo contrahatur.

De filiis presbiterorum. ¶ *Idem.*

CVm a iure sit inhibitũ, ne absq; dispensatione apostolica præficiantur filij rectotum aut presbyterorum in ecclesiis in quibus patres eorum immediate seu proximo ministrarunt: & constet ipsa beneficia vacare: si contrarium de facto fuerit attentatum, præcipimus vt prælati de ecclesiis sic vacantibus diligenter inquirant: et iuxta iuris exigentiam de eis non differant ordinare. Cautius præcauentes de cætero ne tales ad huiusmodi beneficia vllo titulo admittant: nec contra iusticiam hæreditati crucifixi per surreptionem locus successioni pateat.

Vualterus.

CVm quanta & infra. Ordinati in Hibernia, wallia, seu Scotia, sine literis ordinariorum suorũ commendatitijs, vel dimissorijs non admittantur a quocunq; infra prouinciam nostram ad ordinis sic susceptι executionem: nisi magna necessitas inducat: & tunc q; cum eis autoritate sufficienti fuerit dispensatum super executione, ordinis memorati : vel alias a suis ordinarijs ordo sic susceptus ratificetur. Prouiso nihilominus q; nullo modo admittantur: nisi prius constiterit de eorum legitima ordinatione, vitæ mũditia pariter et literatura. Item præcipimus ne sacerdotes ignoti (de quorum ordinatione non cõstat) ad diuinorum celebrationem deseruiendo ecclesiis admittãtur: nisi de licentia episcopi diocesani : cum per litteras testimoniales, vel testimonium bonorum virorũ eis, de eorum vere constiterit ordinatione : & sufficien-

ter

ter fuerit facta fides.

Thomas Arundell in consilio Oxoniē.

REuerendissimæ synodo. & infra. Nullus capellanus admittatur ad celebrandum in aliqua diocesi nostræ Cantuariensis puincie: in qua oriundus siue ordinatus non fuerit: nisi deferat secum literas ordinum suorum atq; literas cōmendaticias diocesani sui. Et nihilominus aliorum episcoporum siue in quorum diocesibus interim per magnum tempus conuersatus est. In quibus expresse caueri volumus & mādamus de moribus & conuersatione eiusdem, & an sit diffamatus de & super aliquibus nouis opinionibus in fide catholica, aut bonis moribus male sapientibus: vel sit de eisdē omnino immunis. Alioquin tam ipse celebrās q̄ ipsum sic celebrare permittens acriter puniatur.

De officio archidiaconi.

¶ *Stephanus.*

Stephanus.

VT archidiaconi ſecundum apoſtolum, non quæ ſua ſunt quærant: ſed quæ Ieſu Chriſti: in ſua viſitatione prouideant quod canon miſſæ emendetur: & q̄ ſacerdotes rite nouerint verba Canonis proferre, & baptiſmatis, & q̄ in hac parte ſanum habeant intellectum. Doceant enim laicos in qua forma baptiſare debeant in caſu neceſſitatis: vt ſaltem hoc ſciant facere in aliquo idiomate. Prævideant quoq; diligenter archidiaconi quod iuxta forman generalis conſiliĩ euchariſtia, chriſma, & oleum ſanctum ſalua ſubclauibus fideli cuſtodiæ recõdantur deputata. Habeant etiam archidiaconi in ſcriptis redacta omnia ornamenta & vtenſilia eccleſiarum. Veſtes quoq; & libros quæ ſingulis annis ſuo faciant conſpectui præſẽtari: vt videant quæ fuerĩt adiecta per diligẽtiã perſonarũ: vel quæ tp̃e intermedio per ipſarũ maliciã, vel im

pe-

peritiã deperierũt. Itẽ, puideãt de possessi onibus: vt ita singulis ãnis, pficiãt: nec ec clesia suo iure defraudetur. ¶ *Pecham.*

¶ Isdẽ etiam tẽporibus & infra. De pu= blicatione articulorũ fiẽda: quib⁹ sẽtẽ tia excõicatiõis incurrit ipo facto, archi diaconi diligenter inquirant. Et quotiẽs presbiteros inuenerint instructionem moralem: videlicet. xiiij. articulorum fi= dei: decem mandatorum decalogi, duo= rum præceptorum euangelij, septem o= perum misericordiæ, & septem peccato= rum criminalium cum sua progenie, sep tem virtutum principalium, ac septem sa cramentorũ gr̃æ, seu excõicationũ sẽten tias statutis temporibus populo minime prædicasse seu publicasse: totiens eos ar guãt: et pœna canonica castigãdo, sup = plere cõpellãt q̃ temereo miserit. ¶ *W alte.*

¶ Int ecclesiarum rectores & infra.

Prouideãt archidiaconi vt linthea= mina & alia ornamenta altaris, si= cut, decet sint honesta. Et libros

habeat ecclesiæ idoneos ad psallendum pariter & legendum: & ad minus dupli cia sacerdotalia vestimenta: et vt honor debitus diuinis officijs in omnibus impendatur. Præcipimus etiam vt qui altari ministrat suppellicio induatur.

Idem.

ARchidiaconi et infra. Iniungimus archidiaconis, & eorum officialibus, vt in visitationibus ecclesiarū faciendis, diligentem adhibeant considerationem ad fabricam ecclesiæ & maxime cancelli si forte indigeant reparatione: & si quos inuenerint defectus huius modi certum sub pœna præfigant terminum, infra quem emendētur vel supplentur. Per se etiam & suos inquirant si in parochia in qua officium visitationis impendūt in rebus vel personis aliquid fuerit corrigendum, & excessus si quos ibidem inuenerint: vel tunc, vel in proximo capitulo corrigantur.

De

¶ *Ioannes Pecham.*

IGnorantia sacerdotum & infra. Præcipimus vt quilibet sacerdos plebi præsidens quater in anno: hoc est semel in qualibet quarta anni die vna solenni vel pluribus per se, vel per alium exponat populo vulgariter absq; cuiuslibet subtilitatis textura fantastica. xiiij. fidei articulos, decẽ mãdata decalogi, duo præcepta euangelij: videlicet geminæ caritatis: septem opera misericordiæ septem peccata mortalia sua cum progenie, septẽ virtutes principales, ac septem gratiæ sacramenta. Et ne quis a prædictis per ignorantiam se excusset: expositis. xiiij. fidei articulis sub titulo congruenti, cætera sub quadam, vt sequitur perstringemus, summaria breuitate. Decem enim mandatorum præcepta veteris testamenti, tria ordinantur ad deum: que dicuntur mandata primæ tabulæ: septem vero ad proximum, que dicuntur mandata secunde tabulæ. In primis prohibetur omnis idolo

latria,

latria, cum dicitur: Non habeas deos alienos coram me: in quo implicite prohibentur omnia sortilegia, & omnes incãtationes cum superstitionibus caracterum & huiusmodi figmentorum. In secundo mandato cum dicitur: Non assumes nomen dei tui in vanum, prohibetur principaliter hæresis vniuersa: & secundarie omnis blasphemia, & irreuerens dei nominatio: & præcipue in periurio. In tertio mandato cũ dicitur. Memento vt sabbatum sanctifices, præcipitur cultus religionis christiane, ad quem indrñter clerici & laici obligantur. Vbi sciendum est quod obligatio ad feriandum in sabbato legali secundum formã veteris testamenti expirauit omnino cũ cæteris in lege cæremonijs, & sufficit in nouo testamento modus vacandi diuino cultui dieb⁹ dominicis et cæteris diebus solennibus: ad hoc autoritate ecclesiæ deputatis: quibus diebus modus vacandi non est sumendus a superstitione

one iudaica: sed a canonicis institutis. Primum secundæ tabulæ mãdatum est patrem & matrem explicite temporaliter honorare, implicite autem et secundarie omnis homo pro merito sui gradus ex eodem mãdato intelligitur honorandus. In hoc mãdato autem intelligitur non solum pater & mater carnaliter, verumetiam spiritualiter: vt pater sit prælatus ecclesiæ mediat⁹ vel immediatus, mater autem ecclesia cuius sunt filij catholici vniuersi. Secundum est, non occides: in quo explicite inhibetur illicita personæ alicus interemptio consensu verbo, opere, & fauore. Implicite vero omnis iniusta alicuius personæ lesio inhibetur. Spiritualiter vero occidunt qui non reficiunt indigentes. Similiter occidunt qui detrahunt, vel qui innocentes opprimunt & confundunt. Tertiũ mandatum est, non mœchaberis: in quo explicite inhibetur adulterium: implicite vero fornicatio, quæ explicite prohibetur in Deuteronomij. xiij. vbi dicitur

Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. Inhibetur etiam in eodem mandato omnis commixtio viri & mulieris: quam bona matrimonij non excusant. Omnis etiam non voluntaria pollutio quocunq; modo studiose vel voluntarie procurata. Quartum mandatum est. Non furtum facies. In quo explicite prohibetur clandestina cõtractio rei alienæ inuito domino. Implicite vero omnis iniuriosa, seu per fraudẽ seu per vsuram, seu per violentiam, seu per metum rei vsurpatio alienæ. Quintũ mandatum est. Non loqueris contra fratrem tuum, siue proximum falsum testimoniũ. In quo explicite prohibetur falsa testificatio ad nocendum. Implicite autem falsa testificatio ad indignum cõtra merita promouendum. In hoc etiam mandato omne mendacium: sed pernicio sum precipue condemnatur. Sextum mandatum est. Non concupisces domũ proximi tui: supple cum eius iniuria. In

quo

quo mandato implicite prohibetur cupiditas possessionis immobilis catholici præcipue cuiuscunq;. Septimum mandatum est. Non desiderabis vxorẽ proximi tui, neq; seruum, neq; ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt: in quibus omnis cupiditas possessionis alienæ, quantum ad res mobiles condemnatur. His autem decem mãdatis superaddit euangelium duo, videlicet dilectionem dei & proximi. Deum diligit qui prædicta mandata ex amore & non timore bene custodit. Proximũ autem debet quilibet diligere sicut seipsum: vbi hæc particula sicut non dicit æqualitatem: sed conformitatem, vt videlicet diligas proximum tuũ ad quodteipsum: hoc est ad bonum, & non ad malũ: quõ teipsum: hoc est spiritualiter & non carnaliter, secundum q̃ carnaliter dicit vicium. Item quantum teipsum: hoc est in prosperitate & aduersitate, sanitate & infirmitate.

Item

Item quantum teipsum respectu temporalium pro tanto et plus diligas omnem hominem & singulos: quam omnem affluentiam temporalem. Item sicut teipsum: pro tanto & plus diligas proximi tui animã siue animæ salutem æternam q̃ propriam tuam vitam temporalem, sicut etiam animæ tuæ vitam debes præponere vite carnis tuæ. Item qualiter teipsum: vt videlicet omni homini in necessitate subuenias sicut tibi velles in necessitate cõsimiliter subuenire. Hæc enim omnia intelligũtur cum dicitur. Diliges proximum tuum, &c. Sex aũt misericordiæ sunt opera quæ ex euangelio Matthei patefiunt: quæ sunt, Pascere famelicum: Potare sitientem: Hospitio recipere peregrinum. Vestire nudum: Visitare infirmum: Consolari carceri mancipatum. Septimum ex Tobia colligitur: quod est sepelire corpora mortuorum. Septem vero peccata capitalia sunt: superbia

perbia, inuidia, ira, odium, accidia, auaricia, gula, luxuria. Et est superbia amor excellentiæ propriæ de qua oriuntur iactantia, ostẽtatio hypocrisis, schismata et similia. Inuidia vero est odium felicitatis alienæ: de qua oriuntur detractio, murmuratio, dissensio, peruersa iudicia & similia. Ira est appetitus vindictæ & nocumenti alieni, quæ cum perseuerat in corde fit odium: de qua oriuntur persecutiones verborum, & factorum plagæ, homicidia, & similia. Accidia est tedium boni spiritualis ex quo homo nec in deo, nec in diuinis laudibus delectatur. Ex qua sequitur ignauia, pusillanimitas, desperatio, & similia. Auaritia est immoderatus amor mobilis vel immobilis affluentiæ, vel illicite acquirendo: vel illicite detinendo.

Ex qua oriuntur fraus, furta, sacrilegium, symonia & omne turpe lucrum.

Gula

Gula est immoderatus amor delectatio-
nis secundum gustum in cibo & potu.
In qua quintupliciter peccatur, videlicet
in tempore, quãdo comeditur nimis ma
ne, vel nimis tarde, aut nimis assuete. Itẽ
in qualitate, quando querũtur cibaria ni
mis delicata, Item in quantitate: quando
nimis cõeditur aut bibitur: quod est vilis
simum genus gulæ: & est nimium in ci-
bo et potu quando corpus aggrauat, vel
quando impedit sensum interiorem, aut
exteriorem, seu quãdo lædit corporis sa-
nitatem. Item in auiditate, & voracitate
& vltimo in curiosa alimentorum præ-
paratione pro gulæ delicijs excitandis.
Quæ quinq; continentur in hoc versu.
Præpropere, laute, nimis ardenter, studi
ose. Luxuriam non oportet notificare,
cuius infamina aerem inficit vniuersum
Septem virtutes principales sunt: Fides,
spes, charitas: quæ ordinantur ad deum
& ideo theologicæ appellãtur. Pruden
tia, temperantia, iustitia, & fortitudo:

pre

per quas ad seipsum & proximum homo ordinatur. Et est actus prudẽtiæ bonum eligere: Actus iusticiæ recte facere: Actus aũt temperantiæ non impediri deliciis. Actus fortitudinis non dimittere bonum agendum pro anguſtiis aut molestiis quibuscũ q̃. Et dicũtur hæ quatuor virtutes cardinales, hoc est principales: q̃ in istis quatuor plures aliæ sunt subiectæ, de quibus, quia p̃ simplicibus laboramus: ad p̃ns amplius non tractamus. De. vii. gratiæ sacramentis supradictum est in suo loco.

¶ *Edmundus.*

ITem cõmoneant sacerdotes mulieres pregnantes de parochia: vt cum ip̃æ partus instare intellexerint sibi provideant, q̃ aquam promptam et paratam habeant pro partu, si immineat necessitas, baptisando: & q̃ propter imminens periculum confiteantur sacerdoti: ne subito præoccupatæ, nõ possint, cũ voluerint, copiam habere sacerdotis.

¶ *Stephanus in consilio Oxoniensi.*

PResbiterorum & infra. Præsẽtis cõsilii diffinitione districte duximus iniungendum: vt rectores et vicarii plebes sibi commissas pabulo verbi dei secundum quod fuerit eis inspiratum informare procurent: ne canes muti merito iudicẽtur: cum latratu salubri, a caulīs dominicis luporum spiritualium morsus non expellunt. Istud etiam euangelii memoriter retinentes q̃ in nouissimo examine visitatores infirmorũ præmio remunerabuntur eterno quotiens fuerint accersiti: celeriter accedant & hilariter ad ægrotos.

¶ *De officio vicarii. Idem.*

CVm hostis & infra. Statuimus vt nullus eporum prouinciæ nostræ quem q̃ ad vacariam admittat: nisi velit in ecclesia in qua ei vicaria conceditur: personaliter ministrare. Nec talis existat qui infra breue tempus valeat in presbiterũ ordinari. Quod

si

si admissus fuerit aliquis, & noluerit in presbiterum ordinari, vicarij beneficio spolietur.

¶ *Idem.*

QVoniam et infra. Statuimus vt vicario perpetuo adminus redditus quinq; marcharū assignetur: qui scilicet pro quinq; marcis solet dari ad firmam: nisi forte in illis partibus walliæ sit in quibus propter tenuitatem ecclesiarū minori stipendio vicarij sunt contenti. Prouideat quoq; diocesanus episcopus pensata ecclesiæ facultate: vtrum vicarius onera ecclesiastica subire debeat aut persona: an ad ea simul debeat conferre vtriq;. Prouiso tamen q; archidiaconus loci, siue ab illis, aut altero eorum debeat procurari: vna tantum procuratione sit contentus.

De officio iudicis ordinarii.

Idem.

STatuimus autoritate præſẽtis cõſi-liꝫ, vt prælati ſiguli eleemoſinarios honeſtos habeãt. Et vt ipſi prælati iuxta capitulum ſint hoſpitales: & vt horis competentibus & pauperes audiendo, & iuſticiam exhibendo ſuam in publico exhiberi præſentiam procurent, et in perſonis propriis confeſſionibus audiendis interdum interſint, & pœnitentiis iungendis.

¶ *Bonifacius.*

ITem ſtatuimus ꝙ epi in ſynodis, & aliis conuocationibus, & ſinguli archidiaconi in ſuis capitulis: & capellani eccleſiarum parochialium in ſuis eccleſiis ter in anno denuncient omnibus qui clericali priuilegio gaudere voluerint, ꝙ habitũ clericalẽ, nec nõ tonſurã patenter in locis debitis deferant cõpetentem: & maxime coram ſuis ordinariis in eccleſiis: & in congregationibus clericorum.

¶ *De maioritate & obedientia.*
Robertus.

Preſ-

PResbyteri & infra. Capellanis ad celebrandum in quacunq; ecclesia nostræ prouinciæ receptis: debet iniungi ī virtute obediētiæ: vt sint præsētes in diebus dominicis & festiuis, ac alijs quādo & vbi matutinæ missæ & aliæ horæ cū nota dicūtur, canētes, legētes, & psalmodisantes: super quibus ab eis in ipsorum receptione iuramentum recipi volumus & præstari. Item presbyteros huiusmodi iuramento volumus astringi: q; rectoribus, & vicariis, & præsidētibus ecclesiarum seu capellarum, in quibus celebrauerint non detrahēt: sed q; eis similiter parebunt, & debitam reuerentiam facient & impendent.

¶ *De treuga & pace.* *Edmundus.*

MAgna nobis & infra. Districtione præcipim⁹: quatenus rectores & vicarij, ac alij ecclesiarum curati: pacem (quantum in eis est) cum omnibus habētes, parochianos suos moneant vt in vnitate fidei, & pacis

vinculo vnum corpus sint in christo. Inimicitias, si exortæ fuerint ī parochiis diligenter sedantes, amicitias copulantes, discordantes ad cōcordiam reuocantes, & quantum in eis est non permittentes q̄ sol occidat super iracundiam parochianorum suorum.

De transactionibus. *Stephanus.*

CEterum districtius duximus inhibendum: ne archidiaconi, vel eorum officiales, aut alij iudices pr obono pacis, si quando discordantes sibi inuicem volunt concordare, aliquid exigant: sed licentia petita liceat partibus a lite per compositionem discedere quandocunq; voluerint: si tamen lis compositionem admittat: nec propter hoc pænam aliquam eis infligāt: nisi eis de iusticia actoris vel rei constiterit.

De postulando. *Idem.*

QVoniam p aduocatos multotiēs matrimonia turbātur: Statuimus vt sententia lata pro matrimonio aduo-

aduocatus qui contra illam steterit hoc ipso per annum aduocatione priuatus existat: nisi iudex eum in ipsa sententia propter iustum errorem, vel probabilem ignorantiam expresse habeat excusatū.

Iohannes pecham.

VEloces ad audiendum & infra. Nullus decetero permittatur ad uocationis officium publice exercere, nisi prius ad minus per triennium audierit ius canonicum & ciuile cum debita diligētia. Huius autē rei fidē vbi nec de cōdigno apparet testimonio: nec per facti euidentiam, proprio faciat iuramento.

De procuratoribus. *Idem.*

EXhorrenda & infra. Statuimus vt nullus decanus seu archidiaconus vel eius officialis episcopi sigillum alicui procuratorio apponat: nisi hoc ab eo petatur publi-

re in iudicio vel extra iudicium: vbiis qui procuratorem constituit: & quẽ constat esse verum dominum præsens personaliter hoc requirat: vt fraus quælibet excludatur. Quicunq; vero decanus, archidiacõu⁹ vel eius officialis sue etiã officialis epi ex certa malicia cõtrariũ fecerit per trienninm ipso facto ab officio & beneficio sit suspensus. Quicunq; et iam aduocatus fictum vel falsum procuratorium fieri procurauerit: suspensus sit per triennium ab officio aduocandi, & inhabilis sit ad beneficiũ ecclesiasticum obtinẽdũ. Quod si sit vxoratus aut bigam⁹: excommunicationi subiaceat ipso facto. Et id quod per talem fictum vel falsum procuratorem actum fuerit vel procuratum: modis omnibus pro infecto reputetur. Procurator aũt ipse totius falsitatis intentator ab omni actu legitimo perpetuo repellatur. Et hi omnes nihilominus si super hoc conuinci valeant, parti ad interesse & restituenda damna omnia

tene-

deneantur. Amen in nomine domini.

¶ *Explicit apparatus primi libri.*

¶ *Incipit ſecundus.* *De iudiciis*

¶ *Stephanus archiepiſcopus in conſilio Oxonienſi.*

IN cauſis & infra. Statuimus vt decani rurales nullam cauſam matrimonialē de cetero audire præſumāt ſed earum examinatio non niſi diſcretis viris cōmittatur: quibus aſſiſtentibus, ſi cōmode fieri poterit, poſtmodum pronuncietur ſentencia.

¶ *Ioannes Pecham.*

QVodam ruralium & infra. Statuimus vt nulli tradatur certificatorium, vel alias concedatur ſub ſigillo alicuius decani ruralis conſignatum: niſi prius in aliquo die ſolemni, intra miſſarum ſolemnia in eccleſia, vbi citatus fouet larem, vel amplius conuerſatur, publice recitetur. Hoc adiuncto moderamine: vt citatus ſufficientes habeat

inducias vt die & loco sibi præfixis competenter valeat comparere. Quod si aliquo casu tantum tempus artet ꝙ dilationi locus non pateat citatione facta, publice coram testibus detur certificatorium in ecclesia vel in vno loco publico coram testibus fide dignis: ita ꝙ dies citationis & locus in ipso certificatorio exprimantur. Et sit nullo modo certificatorium ante citationem factam. Et hoc iurent decani rurales fideliter se facturos in episcopali sinodo omni anno.

Symon mepham.

ITem omnes illi et infra. Vt immunitatis ecclesiasticæ violatores: qui videlicet de domibus, manerijs, grangijs, aut alijs locis ad archiepiscopos, episcopos, vel alias personas ecclesiasticas, seu ad ipsas ecclesias pertinentibus quicquã præter voluntatem aut permissionem dominorum vel eorum qui sunt huiusmodi rerum custodes deputati: abstrahere, consumere, contrectare ve præsumpserint

ſe.nt, abſtrahi, conſumi, vel contrectari fecerint, ſeu huiuſmodi abſtractionē, cō=ſumptionem, vel contrectationē ſuo nomine: vel a familiaribus ſuis factam: ratam habuerint occaſione difficultatis citationis eorundem: non euitent ſicut plu ries fieri conſueuit ne contra eos ea occaſione procedi valeat, vt deberet: de fratrū noſtrorum & totius conſilij conſenſu & aſſenſu decernimus quemcunq; violatorem huiuſmodi ſi perſonaliter inueniri, & tute adiri, valeat perſonaliter fore vocādum. Si vero non inueniri, vel non tute adiri valeat: tunc in domicilio, ſi quod habeat, citari tute quo poſſit: ſi vero in domicilio quod habeat citari tute nequeat: tunc in eccleſia parochiali ipſius domicilij: vel ſi nullum habeat, vel non conſtet eum habere domicilium: tunc in eccleſia cathedrali loci quo immunitas eccleſiæ dœcit̄ eſſe liſa: & nihilo minus in eccl'ia parochiali eiuſdē loci: ſi tute fieri poſſit citationē decernim9 fore faci=

faciendam: huiuſmodiq̃ citationem in domicilio, vel in eccleſia publice, vt præmittitur, factam. Volumus non ſolum in caſibus ſupradictis: ſed etiam in omnibus caſibus conſtitutionis domini Othoboni quondã apoſtolicæ ſedis legati in Anglia: quæ incipit. Ad tutelã: ſic artari citatum, ac ſi eſſet p̃ citationem perſonaliter apprehenſus: eiuſdemq̃ citationis virtute contra eum poſſe procedi ad omnem effectum, ad quem poſſet ſi citatus perſonaliter extitiſſet. Præfatos etiam & quoſcunq̃ alios eccleſiaſticæ libertatis ſeu immunitatis violatores decernimus in loco delicti: etiam ſi ibidem non inueniantur: tam ex officio iudicis q̃ ad partis inſtantiam poſſe conueniri. Vtrum autem huiuſmodi violatores eccleſiaſticæ libertatis ſeu immunitatis inueniri, ſeu tute adirivaleant, domicilium ve habeant vel non: volumus in dubio ſtari certificatorio illius cui mandatur citatio faciẽda. Et vt in præmiſſis caſibus

&

& alijs iniuriam passi iusticiam debitam facilius assequantur districte hoc, appro bãte cõsilio generali præcipimus: vt om nes iudices ordinarij nostræ cãtuarien. prouinciæ se inuicem sine aliqua difficul tate iuuent in citationibus & executioni bus faciendis, ac quibuscunq; manda tis exequendis.

¶ *Stratforth.*

EXcussis & infra Quia cum epi, & archidiaconi, et eorum officiales, et alij ordinarij, eorumq; cõmissa rij citationes primarias pro correc tionibus delinquentium fieri per recto res, vicarios, seu parochiales sacerdotes demandant, ipsis frequenter imponitur: quod super his quibus fit citatio confes siones citatorũ occultas in foro animæ eis factas peruerse reuelant: Quaprop ter in ipsos scandalisantur turpiter: et il lis ex tunc parochiani peccata renuunt confiteri: Statuimns q; huiusmodi citati ones primariæ dictorum ordinariorum

fiendæ

fiendæ autoritate per rectores aut alios prædictos decetero non mandentur, sed fiant per officiales, apparitores decanos, aut alios ministros eorũdem. Si vero huiusmodi citationes primariæ rectoribus, vicarijs, aut presbiteris demandẽtur: ipsi super his parere minime teneantur: sed citationes ipsæ primariæ factæ per eos ac exinde subsecutæ censuræ vel processus sint ipso iure irriti & inanes.

De foro competenti. Bonifacius archiepiscopus.

CONtingit aliquando ꝙ clerici sine delectu personarum, quanꝯ in facto non fuerint deprehensi nec cõuicti, tanꝯ facinorosi vel suspecti de crimine seu delicto vel iniuria personali, capiuntur per potentiam laicalem & in carcerẽ detruduntur, nec redduntur ordinarijs eos requirẽtibus secundum canones libere iudicandi. Et si clerici quibus crimina imponuntur coram iudicibus secularibus vocati non cõparuerint, foris banniuntur a regno.

Quia

Quia vero in hoc libertas ecclesiastica confunditur, cum clericus alaico iudicatur: Statuim⁹ q̄ si clerici sic capti noti fuerint: & honesti, capientes ipsos & etiam detinentes: & contra requisitionem ordinariorum reddere recusantes per locorum ordinarios publice excōmunicati nuncientur. Loca etiam in quibus detenti fuerint, & terræ capientium & detinētium supponantur ecclesiastico interdicto: donec ordinarijs eorum reddantur, & super hmōi excessu satisfecerit cōpetēter. Illi autē qui eis taliter falsa crimina imposuerint, seu malilicioſe cōfinxerint cōmenta, vel fraudes propter quæ capti fuerint & iniuste detenti: excōmunicati similiter nuncientur: Cum sint excommunicati auteritate consilij Oxoñ. ipso facto. Clerici vero vagi & ignoti capti ex causis aliquibus, & detēti, si in possessione clericatus inuenti fuerint: per locorum ordinarios requirantur a dño rege

vel

vel ab eo qui habet potestatem reddendi eosdem vt ipsos restituat per ecclesiam libere iudicãdos. Et si denegentur, procedatur contra resistentes et detentores per pænas superius recitatas Quod si clerici ecclesiæ redditi pro trãsgressione aliqua personali amerciati fuerint a iudice seculari: prælati ad huiusmodi amerciamẽta exsolueda prædictos clericos non compellant cum a non suis iudicibus fuerint condemnati. Et si propter hoc prælatos distringi, aut attachiari contingat: se defendant conta huiusmodi attachiationes vel districtiones per remedia antedicta. Idem fiat quotienscunq; fuerint amerciati viri ecclesiastici per iudicem secularem ꝓ his quæ ad forum ecclesiasticum mere pertinere noscuntur.

Excerpta ex responsionibus regis.

CIrcumspecte agatis & infra. De negocio tangente Norwinceñ. epũm, et eius clerum, non puniendo eos, si placitũ tenuerint de his quæ

sunt

sũt mere spũalia: videlicet de correctioni b⁹ quas prælati faciũt pro mortali pecca to, vtputa pro fornicatione, adulterio & huiusmodi: pro quibus aliquando infligitur pæna corporalis, aliquando pecuniaria, maxime si cõuict⁹ fuerit de hmõi liber homo. Item si prælat⁹ puniat pro ecclesia non facta, cimiterio nõ clauso, ecclesia discooperta, vel non decẽter ornata. In quib⁹ casibus nõ põt infligi pæna aila ꝙ pecunia Itẽ si rector petat a parochianis suis oblationes vel decimas debitas vel cõsuetas, vel si rector cõtra aliũ rectorẽ agat de decimis maioríb⁹ vel minoribus: dummodo non petatur quarta bonorũ alicuius ecclesiæ. Item si rector petat mortuarium in partibus vbi mortuariũ dari cõsueuit. Itẽ si prælat⁹ alicui⁹ ecclesiæ vel aduocatus petat a rectore pẽsionẽ sibi debitã: nã oms pẽsiones hmõi petendæ sũt in foro ecclesiastico. De violẽta etiã manuũ iniectione in clericũ: & in causa diffamationis placitũ tenebit in

curia christianitatis: dūmodo ad correcti onē peccati agatur: & petatur pecunia

Ioannes Stratforth.

DIerum inualescēs malicia & infra. Cum nostræ prouinciæ non nulli alijs malignari conantes, breuia regia de compoto seu transgressione: vel alia cōtra illos quibus nocere desiderāt: ad extraneos comitatus in quibus nunq̄ fuerunt aduersarij, nec cōtraxerunt, vel deliquerunt ibidem, bona ve administrarunt inibi cuiuscunq̄, fraudulēter, & malicioſe impetrare prēsumunt: & adeo cōtra eos ignorantes clam prosequūtur in illis, q̄ relegātur, vel foris banniūtur de regno. Vnde cum processus & sentētia contra ignorantes & taliter indefensos habiti a iure merito reprobentur: nec sit maliciis hominū indulgē dū: Statuimus vt quicūq̄ clerici vel laici in nostra puincia talia surrepticie, fraudulēter, vel malicioſe decetero vt præmittit impetrātes, et prosequentes, facientes, et procurātes

seu

ſeu ad ea impendentes ſcienter conſiliũ, auxilium vel fauorem: aut ea rata habentes ſuo nomine facta, maioris excõmunicationis ſentẽtiam incurrant ipſo facto.

Idem.

EXceuſſis & infra, Conſiderãtes ex eo ꝙ quidam eꝑorũ archidiaconorũ, & aliorum ordinariorum officiales ſua cõſiſtoria ſeſſiões, & capitula de trib⁹ in tres vel de quatuor in quatuor ſeptimas añis ſingulis celebrãtes ꝑ varia loca ſua rũ iuriſdictionũ et decanatuũ noſtræ ꝓuincię illuc frequent' quo victualia venalia cũ difficultate obtineri valeant declinãtes, rectores & vicarios eccleſiarum in locis quibus hmõi ſua celebrant cõſiſtoria, ſeſſiones, ſeu capitula vel vicinis ſimilibus ſumptibus onerãt exceſſiue: ac ſcãdali calumniæ materiam ſuſcitant grauius. Quod ſi per rectores & vicarios eccleſiarum huiuſmodi diebus illis ſplendide non procuretur ad votum, ipſos laboribus vexantes : quæſitis

coloribus & cauſis cõfictis infeſtant grauiter, & moleſtãt. Propt quæet alias iniuſtas cauſas: præſentis ſtatuimus deliberatione conſilij q; huiuſmodi cõſiſtoria ſingula, ſeſſiones, & capitula in locis iuriſdictionum & decanatuum prædictorum magis inſignibus vel ſaltem in quibus victualia cõmuniter valeant inueniri venalia decetero celebrentur. Quod q; officiales & cæteri ordinariorum miniſtri ſuorum ſumptibus dominorum tam in huiuſmodi celebratione cõſiſtoriorum ſeſſionum, & capitulorum, q; in aliis actib⁹ quos pro ſuis exercent dominis faciant quæ incumbunt. Citationes, autem & conſiſtoria, ſeſſiones, & capitula huiuſmodi in alijs locis q; expreſſis ſuperius celebranda, et proceſſus quos in eis contigerit impoſterum fieri ipſo iure decernimus fore nullos: ac officiales prædictos pro ſuorum dominorum expediendis negocijs ſumptus a dictis ſubditis exigentes ſeu ipſos occaſione non preſtationis

tionis ſumptuum huiuſmodi infeſtantes eo ipſo ab officio & ingreſſu eccleſię ſuſpenſos volumus remanere,

De feriis. *Simon Mepham.*

ANimarum ſaluti proſpicere cupientes initium ordimur de fontibus ſaluatoris. Statuimus itaq; & ordinamus vt dies illa ſancta paraſceues, qua ſaluator noſter domin⁹ Ieſus Chriſtus pro ſalute hominum prę-cioſam animam ſuam poſt multa flagella poſuit in cruce, ſecundum ritum eccleſiæ in lectione cum ſilentio, in oratione cum ieiunio, in compunctione cum lachrymis feſtiue celebretur. Auctoritate etiam preſentis conſilij diſtrictius inhibemus, ne de cœtero quiſpiam ſeruilibus ipſa die intendat operibus, vel quæuis alia exerceat quę a pietatis cultu fuerint aliena. Per hoc tamen legem pauperibus non imponimus, nec diuitibus prohibemus, quin ad agriculturam pauperum promouendam ſuffragia conſu-

eta

eta charitatis intuitu ſubminiſtrent.

Idem.

AD hæc. Quia inter omnes ſãctos memoria beatiſſimę virginis Mariæ matris domini eo frequentius agitur atq; feſtiuius, quo maiorem gratiam apud deum, qui eius cõceptionem prædeſtinatam ad vnigeniti ſui tempotalem originem & omniũ ſalutẽ veraciter ordinauit, credit inueniſſe, vt per hoc ſalutis noſtræ q̃uis remota primordia in quibus deuotis occurrit mentibus ſpiritualium materia gaudiorum deuotionem omnibus augeat & ſalutẽ: Venerabilis Anſelmi prędeceſſoris noſtri, qui poſt alia quædam ipſius antiquiora ſolennia conceptionis ſolemne ſuperaddere dignũ duxit veſtigijs inhęrentes: Statuimus, & firmiter pręcipiendo mandamus: quatenus feſtum conceptionis prędictę in cunctis eccleſijs noſtrę cantuarienſis prouinciæ feſtiue & ſolemniter decetero celebretur.

Syn-

Symon Islepe.

EX scripturis & infra. De fratrum nostrorũ consilio dies festos præsentibus inserere duximus quibus ab vniuersis seruiẽtibus operibus etiam reipublicę vtilibus per nostrã Cãtuariensẽ prouinciam fuerit regulariter abstinendum. In primis sacrum diem dominicum ab hora diei sabbati vespertinæ inchoandum non ante horam ipsam preueniendo: ne iudaicę professionis participes videamur. Quod etiam in festis quę suas vigilias habent obseruetur.

Item festum natiuitatis domini: Sanctorum Stephani: Ioannis euangelistæ: Innocentium: Thomæ martirs: Circumcisionis domini: Epiphanię domini: Purificationis beatæ Mariæ virginis: Sãcti Matthei apostoli: Annũciationis beatæ Marię virginis: Paschę cũ tribus diebus sequentibus: Sancti Marci euangelistę: Philippi & Iacobi apostolorũ: Inuentionis sãctæ crucis: Ascensionis domini:

Pentecoſtes cum tribus diebus ſequen tibus: Corporis chriſti: Natiuitas beati Iohannis baptiſtę: Petri et pauli apoſto lorum: Tranſlationis ſancti thomę mar tiris: Sanctę Marię magdalenę: Iacobi apoſtoli: Laurentij martiris: Aſſumpti onis beatę Marię: Sancti Bartholomei: Natiuitas ſanctę Marię: Exaltationis ſancti crucis: Sancti Matthei apoſtoli & euangeliſtę: Sancti Michaelis : Sancti Lucę euangeliſtę: Simonis et Iude apo ſtolorum: Omnium ſanctorum : Sancti Andreę apoſtoli: Sancti Nicolai: Con ceptionts beatę marię: Sanctę Thomæ apoſtoli: Solemnitas dedicationum ec cleſiarum parochialium, & ſanctorum in quorum honore eccleſiæ parochiales dedicantur. Alia feſta quę in ſingulis dioceſibus dictæ prouintię per locorum ordinarios ex certa ſcientia peculiariter inducuntur & infra. Reliquis enim ſãc torum feſtiuitatibus impune poterint opera fieri conſueta.

Henricus

Henricus Chichile.

INeffabalis et infra. Nos qui dei laudem in ſanctis ſuis in quibus glorioſus exiſtit : in noſtra prouincia cupimus ampliari: regiis et regni incolarū ad hoc hortatibus excitati confratrūq; noſtrorum et cleri prouincię noſtrę ducti conſiliis: quinīmo & noſtri prouincialis conſilii robore ac decreto ſuffulti: antiquorum patrū pium erga ſanctos dei deuotionis affectum proſequentes: Feſtum beati Georgii martiris ſub officio duplici : et ad modum maioris duplicis feſti, tam per clerum q; per populum dictæ prouinciæ per vniuerſas eccleſias eiuſdem de expreſſo conſenſu noſtrorū fratrum cleri antedicti, Volumus , ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſolemniter celebrari: & in ipſo feſto ab omni ſeruili opere per omnes ciuitates et loca ipſius prouinciæ : ſicut et prout in feſto natalis

domini

domini pręcepimus feriari quo magis in ipso festo plebs fidelis ad ecclesias conue niant: deum laudent: & ipsius & omniū beatorum patrocinia deuotius implorēt et pro rege ac regni salute instent frequentius & exorent. Ad hæc dicti prouincialis consilij autoritate decernimus et etiam statuimus per pręsentes ꝙ festa sanctorū Dauid & Ceddæ eōrum, & wenefridæ virginis decetero per totam prouinciam nostram antedictam suis tēporibus videlicet sācti Dauid primo: sancti Ceddæ secūdo mensis Martij diebus, wenefridę aūt tertio die Nouembris cum regimine chori & nouem lectionibus perpetuis futuris temporibus etiam celebrentur.

Idem.

ANglicanæ ecclesiæ & infra. De fratrum nostrorum & cleri in pręsenti consilio pręsentium voluntatibus & assensu: & nihilominus ad christianissimi principis & regis

gis nostri instantiam specialem, sanctis-
simi confessoris & pontificis Ioannis
de Beuerlaco memoriam vbiq; per no-
stram prouinciam votiuis & deuotis af
fectibus duximus exaltandam. Statu-
imus igitur et predictorum fratrum no-
strorum consilio & assensu pro perpetu
is futuris tẽporibus ordinamus, q; festũ
depositionis dicti sãcti quod septimo die
Maij: videlicet in crastino sancti Ioan-
nis añ portan latinam dignoscitur con-
tingere ad modum festi vnius con-
fessoris & pontificis paschalis tempo-
ris cum regimine chori secũdum vsum
sarum ecclesiæ per prouinciam nostram
antedictam futuris tpibus perpetuis cele
bretur. Cæterum quia in festo transla tio
nis eiusdem: q. xxv. die mẽsis Octobris
etiam annuatim cõtingit, de sãctis Cris-
pino ex Crispiniano secundum vsum
sarum ecclesiæ predictæ consueuit: qua-
si per oms ecclesias prouinciæ prædictæ
celebrari: & seruitium fieri ab antiquo:

Ne

Ne vnius festi introductio diminutio alteri⁹ existat: sed magis sub vna celebritatis lætitia: dicti martites vna cum prefato confessore almifico pariter honorentur: De fratrum nostrorum et cleri predictorum consensu vnanimi: statuimus, decernimus, & ordinamus: q̄ de cœtero singulis annis dictus dies. xxv. Octobris vbiq̄ per prouinciam prædictam cū. ix. lect. celebris habeatur. Quarum tres primæ erunt de proprietate sanctorum Crispini & Crispiniani, res medię de translatione sancti Iohannis prædicti & tres vltimæ de expositione euāgelii plurimorum martirum cum seruitio secundū vsum Sarum in talibus fieri consueto

De sequestratione possessionis et fructuum Stratforth.

FRequens personarum et infra. Presentis statuimus deliberatione consilii, q̄ in prouincia nostra violatores sequestrorum per episcopos aut vicarios suos generales, ipsorum ve officiales

ciales principales ex causis iustis & veris in bonis ecclesiasticis aut aliis in casibus a iure permissis interpositorum : post & contra publicationem debite factam in locis quibus bona sic sequestrata consistunt, maioris excommunicationis sententiam ipso facto incurrant. Si tamen a sequestro fuerit appellatum, & appellatio legittime prosecuta, ea pendente possessores bonornm sequestratorum & alii libere & impune vtantur eisdem.

De præsumptionibus

Stephanus in consilio Oxonien.

NE lepra et infra. Inhibemus ne quis ecclesiæ suæ renuncians a sibi substituto recipiat vicariam e iusdem cum vehemenˉter possit præsumi ꝙ talia fiant per illicitam pactionem: quod si secus ab aliquo presumptum fueriti: lle vicaria, & alius personatu priuentur.

¶ *De iureiurando.* *Idem.*

Per-

PRęsẽti statuto definimus, vt eps ab eo qui præsẽtatus sibi fuerit, recipiat iuramentum, q̃ propter præsentationem illam nec promiserit nec dederit aliquid præsentãti: nec aliquam propter hoc inierit pactionem: maxime si p̃natus ipse super hoc suspectus fore verisimiliter videatur.

¶ *Bonifacius Archidiaco.*

EVenit & infra. Statuimus q̃ laici vbi de subditorũ peccatis & excessibus corrigendis per pręlatos ——— & iudices ecclesiasticos inquiritur, ad præstandum de veritate dicenda iuramentum per excõicationis sententias, si opus fuerit compellantur: impedientes vero ne huiusmodi iuramentum præstetur per interdicti et excommunicationis sententiam arceantur.

¶ *Robertus Winchelsee.*

Pręs-

PResbyteri ſtipendinarij & infra. Preſbyteri prędicti die dñica vel feſtiua poſt admiſſionem ſuam iurabunt coram rectoribus, vicariis vel eorum vices gerentibus intra miſſarum ſolemnia, alioquin coram locorum ordinarijs, apertis coram ipſis ſacroſanctis & inſpectis, ꝙ eccleſijs vel capellis parochialibus in quibus diuina celebrãt: earũ ꝙꝫ rectoribus, vel vicarijs, ac ipſorum loca tenentibus: vel eis quorum interreſt nullum omnino inferẽt damnũ ſeu prę̃iudiciũ: circa oblationes, portiones, obuentiones, denarios perquiſitos, tricennaria: ſeu iura quæcunꝙ: quocunꝙ nomine cenſantur: immo quatenus in eis eſt, eoſdem ſeruabũt indẽnes in præmiſſis & ſingulis præmiſſorum. Iurent etiam ſpecialiter dicti ſacerdotes: ꝙ odia, ſcandala, rixas, & contentiones inter rectorem & parochianos nullo modo ſuſcitabunt, ſubſtinebunt, aut aliquo modo fouebunt: ſed quatenu

tenus in eis est concordiam nutrient & seruabunt inter eosdem. Volumus insu per ac firmiter iniungendo mandamus quatenus presbiteri supradicti diuina nō præsumant in eccleſiis seu capellis huiuſ modi celebrare, priusq̄ præstiterint sub forma prædicta iuramentum. Si tamen rectores vel vicarij aut ceteri supradicti voluerint & petierint sic iurari, decerni= mus q̄ si quinis presbiteri huiusmodi cō tra prohibitionem hanc in loco sic eis in terdicto celebrare præsūpserint: eo ipso irregularitatē incurrāt, præter alias pæ= nas quas canones sacrarum constitutio num violatoribus ordinant infligendas. Quod si prædicti capellani sicvt præmit titur iurati coram iudice competenti su= per violatione iuramenti huiusmodi per probationes legitimas fuerint conuicti, aut super hoc diffamati se purgare nequi uerint, omnino amoueantur: & tanq̄ periuris interdicatur eis diuinorum cele bratio in prouincia nostra, donec cum

eis

eis ſuper hoc canonice fuerit diſpenſatum & infra. Dicti vero rectores vel vicarij, ſeu eorum loca tenentes dñt benigne recipere iuramenta prædicta: & de præmiſſis, ac alijs in hac parte ſtatutis habebunt copiam conſcriptam in eccleſiis ſuis.

De appellationibus. *Iohãnes ſtratforde.*

FRequentibus perſonarum & infra Si ab interpoſitione ſequeſtri fuerit appellatum, & appellatio ligitime proſecuta, ea pendente poſſeſſores bonorum ſequeſtratorum, & alij libere & impune vtantur eiſdem.

Symon Mepham.

IN conſilio Oxenienſi quoddam dicitur emanaſſe ſtatutum, quo inter cetera prohibetur ꝙ a nullo grauamine iudiciali ante diffinitiuam ſentẽtiam friuole appelletur. Quodꝙ omnes aduocati & procuratores illius cõſiſtorij ad obſeruationem huius ſtatuti aſtringi debe

ant vinculo iuramẽti: et aliis in ipso statuto contentis (si contra illud venerint) affligendi. Nos hmõi statutum: quod etsi colore verborum superficialiter pallietur ad auferendum, tamen oppressis appellationis remedium extitit realiter introductum: Et quicquid ex eo vel ob id fuerit subsecutum penitus reprobamus. Et omnes illos qui ad huiusmodi obseruationem statuti prestiterint iuramentum, absoluimus ab eodem.

¶ *Explicit liber secundus.*

¶ *Incipit liber tertius.*

¶ *De vita et honestate clericorũ. Stephanus in consilio oxoñ.*

Vt

VT clericalis ordinis honor debitus obseruetur: præsentis consilii autoritate decernimus, vt tam archidiaconi q̄ decani et omnes alij in personatibus et dignitatibus constituti: Item omnes decani rurales, et presbyteri decenter incedant in habitu clericali, et cappis clausi vtantur. Idē quoq; obseruent officiales ipsorum archidiaconorum cum fuerint in consistorio. Et nec ipsi nec alij clerici coman nutriant, sed honeste tonsi et coronati conuenienter incedant: nisi forte iusta causa timoris exegerit habitum transformari. A crapula quoq;, et ebrietate, et aliis quæ honestatem eorum deformant, omnes omnino clerici abstineāt. Et vigilanter ad hæc omnia studiosius obseruanda secundum formam generalis consilij a suis superioribus districtius compellantur.

Ioannes pecham.

QVamuis religionis et infra. Statuto adhærentes domini Othobo ni quõdam in Anglia apostolicæ sedis legati, ordinamus & destricte præcepimus: vt quilibet clericus constitutus in sacris ordinibus vestẽ exteriorẽ gerat dissimilẽ militari vel laicali: vtpote anterius & posterius non byrratam, vel saltem ex forma sua militari vel laicali congrua honestate dissimilem. Et qui secus facere præsumpserit, & diu formæ cõtrariæ habitum tulerit ab ingressu ecclesiæ suspẽdatur. Et quia prædictus legatus cõtra clericos portantes infulas & tenas coram prælatis aut coram populo publice deferentes statuit vt si moniti minime se emẽdauerint, ipso facto ab officio sus pensionem incurrant: in qua si per tres mẽses perstiterint: extunc a bñificio sint suspensi: a qua suspensione absolui nequeant: nisi data sexta parte ecclesiasticorum bonorum suorum per manus episcoporum pauperibus eroganda: nihilominus

minus pœnis alijs puniendi ad arbitrium prælatorum : nos huiusmodi statutum aduertentes modicę efficacię hactenus extitisse pro eo q̄ minores prælati huiusmodi clericos monstruosos monere non audeant: propter q̄ in pœnas a dicto legato statutas vidēt pusillanimitatis suæ merito incidisse, & raro clerici huiusmodi episcoporum aspectibus se pręsentāt: Statuimus vt omni monitione cessante cum clericos iuris ignorantia non excuset, prędicti clerici sue proteruiæ merito quotienscūq̄ publice coram populo vel prælatis huiusmodi infulas portauerint, nisi forsan in itinere, in pœnas omnes incidant supradictas. Mandamus insuper vt imposterum de talibus per decanatus singulos fiat inquisitio specialis. Et cuiuscunq̄ sint gradus vel excellentiæ: contra ipsos in forma canonica procedatur.

¶ *Iohannes Stratforde,*

EXterior habitus et infra. Hoc sacro approbante consilio statuimus et præcipimus: ꝙ quicunqꝫ obtinentes beneficia ecclesiastica nostræ prouinciæ in ordinibus sacris potissime constituti, vestes et tonsurā clericales deferant suo statui competentes. Si qui autē clerici nostræ prouinciæ publice incedentes in ea, veste superiori breui aut stricta notabiliter, aut cum longis et latis excessiue manicis cubitos circumquaqꝫ non tegentibus, sed pendulis, crinibus intōsis, barbis ve prolixis: aut annulis suis vtantur digitis publice, alīq ꝫ quibus ratione dignitatis et honoris hoc cōgruit, seu in præmissis: vel aliquibus præmissorum superius expressatis excesserint: nisi infra sex menses a tempore commissi excessus hmōi moniti se correxerint: et effectualiter huiusmodi dimittant excessus, ecclesiastica habentes

tes beneficia: post prædictorum lapsum sex mensium: ipso facto ab officio suspensionem incurrant. In qua si per tres menses sequentes steterint: a suis extunc beneficiis nulla requisita monitiõe alia, sint ipso iure suspensi. Nec extunc per suos diocesanos (quibus eorum absolutionem præsentis autoritate cõsilii reseruamus) prius ab huiusmodi sententijs absoluantur, & quintam partem prouentuũ vnius anni suorum beneficiorũ ecclesiasticorum persoluant: per diocesanos episcopos, in quorum diocesibus huiusmodi beneficia obtinent, paupertibus in locis beneficiorum suorum degẽtibus infra tres menses postmodum fideliter erogandam. Et si suspensionibus huiusmodi durantibus: diuinis seu administrationibus dictorum beneficiorum se ingesserint vel miscuerint sicut prius extunc dictis beneficijs sint eo ipso priuati. Non beneficiati vero

clerici publice et communiter pro clericis se gerentes si in prædictis excesserint vel eorum aliquibus, nisi moniti infrà sex mensium spacium se correxerint, cũ effectu eo ipso sint inhabiles per quatuor menses ad beneficium ecclesiasticũ obtinendum. Et pręter hæc in vniuersitatibus dictæ prouinciæ studio literarum vacantes, et pro clericis se gerẽtes, si se a pręmissis effectualiter non abstineant, ad quoscunq; gradus ecclesiasticos & honores in ipsis vniuersitatibus ipso facto reddantur inhabiles, donec suis moríbꝰ atq; gestu maturitatem exhibeãt honestis scholaribus competentem, saluis pęnis alijs editis contra huiusmodi delinquentes. Præsenti tamen constitutione nolumus prohibere, quin clerici apertis & patentibus supertunicis, alias mensalibus nuncupatis, cum manicis competentibus, locis & tempo

ribus

ribus oportunis, ac etiam itinerãtes pro eo dumtaxat tempore (quo per patriam iter faciunt) breues et strictas vestes sibi assumere: & illis vti valeant prout eis vi debitur expedire: Verum cum fronte libera cœteros redarguere nequeãt episcopi si seipsos et domesticos proprios non corrigãt in parte: Statuimus q̃ episcopi nostræ prouinciæ venustatem in tonsuris, vestibus, et cœteris supradictis obseruẽt, & a suis clericis commensalibus faciant obseruari.

De cohabitatione clericorum et mulierum.

Stephanur in concilio Oxonien.

VT clericalis ordinis et infra. Clerici beneficiati, aut in sacris ordinibus constituti, in hospitijs suis plublice tenere concubinas non

non audeant, nec etiam alibi cum scandalo accessum publicum habeant ad eas. Et si forte eorum concubinæ monitione publice pręmissa, ab eis non recesserint, ab ecclesia dei (quam sic infamare præsumunt) expellantur, nec admittantur ad ecclesiastica sacramenta. Et si nec sic duxerint abstinendum: excommunicationis mucrone percellantur. Et tunc demun contra eas inuocetur brachium seculare. Ipsos autem cleriros per substractionem officij et beneficii canonica monitione præmissa volumus exerceri.

De clericis coniugatis. *Richardus.*

SI qui clerici infra subdiaconatum constituti matrimonium contraxerint, ab vxoribus suis (nisi de communi consensu ad religionem trãsire voluerint: et ibi in dei seruitio permanere) nullatenus separentur: sed cum vxoribus viuentes, ecclesiastica beneficia

cia

cia nullo modo percipiant. Qui autem in ſubdiaconatu vel ſupra ad matrimonium cõuolauerint: mulieres renitentes et inuitas relinquant.

Henricus Chichele.

CVm ex eo q̃ clerici coniugati bigami: nec non laici iuriſdictionem eccleſiaſticã exercere: ac de criminibus et exceſſibus ad forum et cohercionen eccleſiæ pertinentibus interdum ſuo, interdum ſub alieni nominis vmbra ſeu velamine inueſtigare et inquirere eaq̃ punire et corrigere: ac excomunicationũ literas et ſuſpenſionum decernere præſumunt: ac negociorum correctionũ hmõi ſcribæ regiſtrarii: ac regiſtrorum eorundem cuſtodes exiſtant: non modicũ patiatur eccleſia ſcandalũ, eccleſiaſtica vileſcat autotitas pariter et cenſura: Nos igitur huiuſmodi ſcandalis occurrere volentes, & eccleſiæ honeſtati decori q̃ ꝓuidere cupientes, ſacrorũ imitando veſtigia canonũ, pre-

Presentis autoritate consilij ordinamus & statuimus, ꝙ nullus clericus cõiugatus, bigamus, siue laicus, quouis exquisito colore sub suo vel alieno nomine: infra nostram cantuarien̄ prouinciã de cœtero iurisdictionem spiritualem exerceat qualemcunq;. Nec in causis correctionum, scilicet cum ad correctionẽ animę vel vbi ex officio iudicis proceditur, scriba, aut registrarius, aut registri correctionum huiusmodi custos quomodolibet existat. Quodq; quicunq; ordinarius episcopo inferior, seu iurisdictionem obtinens ecclesiasticam clericũ cõiugatum, laicum, vel bigamum ad præmissa vel eorum aliquod assumere vel recipere, vel post duorum mensium spacium a tempore publicationis huiusmodi constitutionis in officio iurisdictionis huiusmodi tolerare scienter seu retinere presumpserit: vel admissum vel imposterum admittendum realiter non amouerit, pœnam suspensionis ab exercitio

tio iurisdictionis huiusmodi: nec non ab ingressu ecclesiæ incurrat ipso facto.

Citationes insuper, processus sent, entiæ actaq; et gesta quæcũq; per eosdem clericos cõiugatos, laicos siue bigamos habita siue facta in præmissis vel aliquo prẽmissorum per modum superius expressatũ: sint nulla, cassa, irrita, & inania a ipso iure. Idemq; clerici cõiugati, bigami, siue laici præmissis vel eorum alicui contra pñtis prohibitionem consilii se ingerentes, sententiam maioris excommunicationis incurrant ipso facto.

De clericis non residentibus
Stephanus in consilio Oxonen̄.

STatuimus & infra. Epi in ecclesiis suis cathedralibus residere procurent in aliquibus maioribus festis, & saltem in aliqua parte quadragesimæ: prout animę suæ salutí viderint expedire.

Idem.

Cum

CVm hostis antiquus et infta. Solerter cauendum est: ne talibus cura gregis dominici committatur, qui aut negligũt, aut ignorant custodiæ sibi cõmissæ (vt decet) intendere vigilanter. Statuimus ita q̃ vt nullus episcoporum ad vicariam quẽq̃ admittat: nisi velit in ecclesia (in qua ei vicaria conceditur) personaliter ministrare: ac talis existat, qui infra breue tp̃s valeat in presbyterum ordinari. Quod si admissus fuerit aliquis, et noluerit in presbyterum ordinari, vicariæ beneficio spolietur. Et quia inhonestũ est vt ecclesiæ propter minores redditus pastoribus maneant desolatæ: Presenti decreto statuimus: vt eccleſiæ quę in redditibus vltra quinq̃ marchas non habent: non nisi talibus personis conferantur; quæ residеant in eisdem: et in propria persona ministrẽt. Quod si forte tales admissi fuerint qui residere noluerint: aut etiã ecclesiæ ministrare (cum nõ nisi laborantibus

tibus panis dominicus sit largiẽdus) ecclesiis ipsis, premissa admonitione debita, per diocesanum episcopum spoliẽtur.

Ioannes Pecham.

PReterea et infra. Statuimus vt rectores qui in ecclesiis non faciũt residentiam corporalem: nec habent vicarios: p œconomos suos hospitalitatis gratiam exhibeant, iuxta quod sufficiũt ecclesiæ facultates, adeo vt saltem parochianorum pauperum necessitati subueniatur extremæ: et vt qui ibidẽ veniunt, transeũtes q; prædicant verbum dei, necessaria recipiant corporis alimẽta: ne ecclesiæ ipsorum inopiæ violentia a prædicantibus merito deserãtur. Dignꝰ enim est operariꝰ cibo suo, nec quisq; tenetur propriis stipendiis militare.

Iohannes Stratforth.

IN decimis et infra. Huius approbatione consilii. statuimus, qnod religiosi in nostra prouincia beneficia ecclesiastica

ecclesiastica obtinentes secundum bene ficiorum huiusmodi facultates annis sin gulis pauperibus parochianis beneficio rum eorũdem certam eleemosynæ q̃tita tem ordinariorumipsorum locorum mo derandum arbitrio per ipsos episcopos distribuere compellantur per pænam se questrationis & substractiõis fructuum et prouentuum beneficiorum huiusmo= di donec in premisses paruerint compe= tenter.

¶ *De præbendis.*

Stephanus in consilio Oxonien.

QVia iuxta sanctiones canonicas et infra. Statuimus & sacro ap= probante consilio districtius inhi bemus ne deinceps ecclesia aliqua pluri bus rectoribus(quorum vter q̃ sit perso na) cõmittatur regenda. In ecclesia aũt vbi plures personæ existunt statuimus: vt singulis decedentibus accrescat viuẽ tibus portio decedentis, donec advnum solum istius ecclesiæ personatus perue= nerit

nerit. Nec decetero plures vicarij in eadem ecclesia constituant, illis ecclesijs ab hoc statuto exceptis : que ab antiquo diuise fuerunt.

¶ *Pecham.*

AVdistis et infra. Decernimus iuxta formam generalis consilij : omnia beneficia curam animarum habentia : que de facto obtinent hi qui dispensationem apostolicam super pluralitate beneficiorum huiusmodi non habent: per beneficij receptionem quod vltimo receperũt ipso iure vacare. Et licet iuxta rigorem constitutionis domini Othoboni: sic recipiens plura beneficia vltimo ipso iure sit priuatus: cum secundum eandem decernatur institutio irrita ipso iure: precauere tñ volentes ne rigorem videamur coaceruare rigori, mentẽ q̃ constitutionũ tam consilij generalis, q̃ etiam domini Othoboni clarius aduertentes, quarum neutra in pręobtentis, et vltimo simul

priuat cum consilium generale solum auferat pręobtenta: vltimum tamen reseruat. Constitutio vero Othoboni institutionem in vltimo beneficio decernat irritam ipso iure, pręobtento tamen ipso iure nō priuat. Nos misericordiam cum rigore miscentes: permittimus vt is qui plura beneficia curam animarū habentia absq; dispensatione apostolica fuerit assecutus: vltimo beneficio sic obtento iuxta generalis consilij temorem sit contentus: nisi forte ex temeritate contenderit etiam præobtentum improbe retinere. In quo casu ipsum nec primo nec vltimo dignum immo nec medio, nec aliquo iudicamus. Sed potius ea ipso iure vacare: quibus omnibus quatenus de facto eadem detinet occupata Censemus perpetuo spoliandum et infra. Decernimus etiam et perpetua stabilitate firmamus, vt quicunq; imposterum plura beneficia curam animarum habentia seu alias incompatibilia absq;

sedis

sedis apostolicæ dispensatione receperit vel assecutus fuerit per modum institutionis vel commendæ seu custodiæ, vel vnum titulo institutionis, aliud titulo commendæ seu custodię: præter modum illum quem constitutio Gregoriana edita in cõsilio Lugdunẽsi permittit, eo ipso sit priuatus omnibus sic obtentis beneficijs ipsoq; facto sententia excommunicationis permaneat innodatus: a qua non nisi per nos, aut successores nostros, vel sedem appostolicam absolutionis gratiam valeat promereri.

De institutionibus et commendis, Stephanus archiep.

QVia iuxta et infra. Statuimus ne prelatus aliquis cum ecclesiam aliquam contulerit vel prebendã fructus eiusdẽ ecclesiæ vel p̃dendæ nõdũ collectos sibi preſũat aliquatenus vsurpare: vel p̃ instutiõe vel missione in possessiõe vel carta sup̃ hoc faciẽda aliquid audeat extorq̃re, vel ab officialib⁹

suis vel archidiaconis suis aliquid sustineat extorqueri.

¶ *Idem in eadem.*

CVm secuudum apostolum et infra. Statuimus vt si quis ad ecclesiam aliquã nullo contradicente præsentetur canonice, Episcopus præsentatum ipsum (dum tamen idoneus sit) nequaq̃ admittere differat vltra duos menses. Alioquin quicquid ex eadem ecclesia post factam præsentationẽ fuerit forte perceptum, illi cum institutus fuerit, restituatur: quatenus fructus illi ad episcopum peruenerunt. Idem ab archidiacono obseruetur, si per eum steterit quo minus canonice præsentatus infra prædictum tempus fuerit admissus. Nisi cãm rationabilem coram suo superiore dixerit assignandum: cum super hoc fuerit requisitus ab eo: Quare videlicet eum non admiserit infra tẽpus in hoc consilio diffinitum.

¶ *Constitutio Ioannis pecham.*

Ex

EX solito cursu causarum et infra. Statuimus vt vnusquisq; episcopus clerico quẽ ad ecclesiam admittit litteras patentes super sua admissione concedat, inter alia continẽtes in quo consistat ordine, etiam quo titulo ad huiusmodi beneficium admittatur,

¶ *Iohannes stratforth.*

ITem quia archidiaconi et infra. Sacro approbante consilio statuimus vt hi qui admissos ad bñficia ecclesiastica ad mãdatũ superioris tenentẽ inducere: pro inductione huiusmodi facienda: sumptibus contententur moderatis. Videlicet si archidiaconus inducat. xl. denarijs: si suus officialis, duorũ solidorum perceptione pro singulis suis et suorum expensis pro dieta penitus sit contentus. Ipsi tamen inducendo vt prẽmittit optione seruata an in huiusmodi quãtitate pecunię, siue in alijs necessarijs ipsum inductorem et suos voluerit procurare,

rare. Si quid vero vltra hoc ab inductoribus occasione prẽmissorum recipiatur, vel recipiant quicq; amplius propter inductionem faciendam per ipsos, vel inductionum certificatorias literas facere et inductis tradere, exquisitis ve coloribus differre illos contingat indebite culpabiles, in hac parte suspensionem ab officio et ingressu ecclesiæ tam diu incurrere volumus ipso facto: donec hæc contra recepta soluentibus restituantur et læso sua culpa satisfaciant in prẽmissis

De concessione prebendæ.

Stephanus in consilio Oxon

NE lepra et infra. Illud absurdum reputam⁹ omnino, vt aliquo existente persona vnius ecclesiæ, alij de consensu illius personę aliquid conferatur in eadem ecclesia in nomine personatus: nisi persona prior ecclesiam totam prius simpliciter duxe-

rit

rit resignandam. Item statuimus q̃ non liceat aliquid in ecclesia assignare cuiq̃ nomine beneficij: quasi hoc liceat obtinere cum alio beneficio cui cura annexa fuerit animarum.

¶ *Bonifacius.*

A Nostris maioribus et infra. Statuimus q̃ clericis pauperibus Aque benedicte beneficia conferantur. Et quia inter rectores et vicarios ecclesiarum et suos parochianos super collatione huiusmodi beneficiorum lites nonnunq̃ audiuimus suscitari, quas sicut cordi nobis est amputare debemus: decernendo statuimus: vt ijdē rectores et vicarij: quorum magis est scire qui ad huiusmodi beneficia existunt idonei: tales clericos in prędictis beneficijs pręficere studeāt: qui iuxta corda eorū sciant et valeant in diuinis officijs sibi congrue deseruire, et suis velint obtēperare mādatis Quib9 si parochiani

malicioſe ſubtrahere velint eleemoſynas conſuetas ad ipſas largiendas ſibi ſollicite moneãtur. Et ſi opus fuerit per quaſcunq; cenſuras eccleſiaſticas diſtrictius compellantur.

¶ *Ioannes ſtratforth.*

EXcurientes auaricia et infra. Præſentis conſilij prouiſione ſtatuimus vt quicunq; clerici ad dignitatis perſonat⁹ officia, vel prebendas, aut alia beneficia eccleſiaſtica quæcũq; plena, et occupata de facto ſe præſentari, ſeu ea ſibi conferri per quemcunq; de cetero procurantes, ſi directe vel indirecte virtute breuium: quare non admiſit vel quare impedit. &c. Aut ſimilium tacito in dictis breuibus de beneficiorum poſſeſſoribus, et eis vocatis rite non amotis contra epiſcopos ſeu alios in ſecularí curia proſequãtur: niſi de cauſis vacationum præt̃eſarum ad ordinariorum mandata inquiri et poſſeſſores per iudices eccleſiaſticos competentes canonice

rimi-

primitus amoueri faciant maioris excõ=
municationis sententiam incurrant ipso
facto: et tanq̃ sic excõmunicati ad bene
ficia talia nullatenus admittantur: sed
inhabiles ad ea perpetuo censeantur. Si
vero contra hæc quispiam in occupato
beneficio, instituatur vel admittatur de
facto, institutio seu admissio huiusmodi
omni iuris effectu careat. Et quicunq̃
sic instituens vel admittens iure proprio
vel delegato taliter præsentatum vel col
latarium in obtento per alium beneficio
ipsius possessore sufficienti autoritate
in foro ecclesiæ sententialiter primitus
non amoto: ab officio et beneficio tam
diu nouerit se suspensum, donec benefi=
cium possessori resarciatur vt conuenit
omne damnum. Et institutus taliter vel
admissus, si se in occupato per alium be
neficio contra hoc patiatur induci, cẽse=
atur intrusus, et pænas intrusionis in cõ
stitutione Othoboni q̃ incipit: Amoris p
prii: cõtẽtas, nec nõ alias a canonibus et
sanc=

sãctis patrib⁹ inflictas ipo facto incurrat. Per præmissa tamẽ nõ intendim⁹ ordinariorum potestati, quin beneficia ad eorum collationem spectantia quouismodo de facto occupata nõ de iure, cõferre poterint, derogare: nec eorum collationes beneficiorum admittentes: cõstitutione huiusmodi coartari.

De rebus ecclesiæ non alienandis.

Stephanus

ECclesiarum indemnitatibus consulere cupientes, præsentis consilij autoritate duximus statuendũ, vt null⁹ abbas vel prior: nullus omnino archidiaconus, vel decanus, nec alij habentes personatum seu dignitatem: Sed nec clericus inferior possessiones vel redditus dignitatis, vel ecclesiæ sibi commissæ, consanguineis, vel amicis suis, vel quibuscunq; alijs vendere impignorare, infeudare, de nouo vel quolibet modo alienare præsumat, nisi forma canonis obseruata.

Si quis autē cōtra hoc venire præsūpse rit, & quod in hac parte præsūptū fuerit viribus careat: & præsumptor dignitate vel personatu vel ecclesia (quē sic lęsit) per suū superiorem spolietur. Nisi quod alienauerit infra tempus a suo superiore præfixum sine damno ecclesiæ suis sūptibus duxerit reuocandum. Is quoq; qui ecclesiastica bona receperit de cætero & commonitus ea præsumpserit detinere, excommunicationis sententia percellatur: donec restituerit ea nullatenus absoluendus. Idem etiam & prelati maiores obseruent.

Idem

VT secundum canonicas sanctiones & infra. Volumus vt prælati domorum religiosarum corrodia vel stipendia clericis vel laicis non vendant nec gratis concedāt imperpetuum, vel ad tempus, nisi vrgens necessitas exposcat, & diocesani accedat assensus.

De

¶ *De locato et conducto. Stephanus in consilio Oxonien.*

VT vere videamur et infra Statuimus vt ecclesiæ certis personis deputatę: nulli dentur ad firmā nisi iusta causa subfuerit: et a suo episcopo approbata: vt cum de eius consensu alicui personę ordinatę dentur ad firmam de qua vniuersaliter præsumi debeat: ꝙ fructus ecclesiarum in bonos vsus conuertat.

¶ *Ioannes Pecham apud lambeth.*

VEndentes et infra. Ecclesiæ ad firmam nullis dentur: nisi personis ecclesiasticis sanctis et honestis, quas locorum episcopi libere valeant cohercere. Prouiso etiam vt pauperibus parochianis de firmis huiusmodi pinguis portio iuri consona (secundum arbitrium episcopi) assignetur sub testimonio quatuor fidedignorum parochianorum eisdem fideliter eroganda. Et

vt

vt ab huiuſmodi firmis omnis contractus imaginarius ſubducatur: quo in perſonis clericorum falſo ſuppoſitis, vel ſub nomine baiulatus eccleſiæ ad firmam laicis conceduntur, ſacro approbante cõſilio ordinamus: vt ſi quis clericus in tali verſutia repertus fuerit: puniatur ſecundum ſtatutum ſanctæ memoriæ domini Othoboni: et grauius, ſi prælati viderint expedire.

¶ *Ioannes Stratforth.*

LIcet bonæ memoriæ et infra. Hoc prouinciali conſilio approbante conſtitutionibus prius editis adijciendo ſtatuimus, ꝙ quotienſcũqꝫ eccleſiaſticum beneficium noſtræ prouinciæ clerico et laico ad firmam exnũc dimiſſum fuerit, vel inſtrumentis ſuper huiuſmodi firmarũ dimiſſione confectis nomẽ laici cum clerici nomine ammodo inſeratur, vel clericum fingatur fore firmarium cum non ſit: Seu ſi laici fructus, redditus, et prouentus dimiſſorum beneficiorum

ficiorum ad firmam ſuo nomine colli-
gant & eos directe in ſuos vſus conuer
tant: huiuſmodi contractus non tene-
antur: nec ex eis aliquis obligetur alte-
ri. Sed ſic exnunc huiuſmodi beneficia
tradentes & recipientes ad firmam par
tis tertiæ prouentuum beneficij ſic di-
miſſi, vel eſtimationis ipſi9 ſi ambo ſint
ſoluendo communiter, aut tradentẽ tã-
tum, ſi ſoluendo recipiens nõ exiſtat, fa
brice eccleſiæ cathedralis loci ſoluenda
pœna plecti volumus appoſitione no-
minis clerici non obſtante. Et quia reli-
gioſi & alij beneficia eccleſiaſtica no-
ſtræ prouinciæ in proprios vſus tenen-
tes: ſe prædictis conſtitutionibus, aſſe-
runt non ligari.: præſentis approbatio
ne conſilij ſtatuimus: q9 ſi ipſa benefi-
cia huiuſmodi vel ſuas quas virtute ap-
propriationis in eis decimarum: aut pro
uentuum percipiunt portiones: ad fir-
mam traddierint clericis, non obtenta
dioceſani licẽtia, vel laicis quouiſmodo,
ſeu

seu alias qualitercunq; contra præsentẽ aut aliarum constitutionum tenorem excesserint, pæna prædicta de cœtero percellantur.

De pignoribus

Edmundus

INhibemus ne pignus retinere quispiam contendat: postq; de fructibus sortem perceperit deductis expensis, quoniam vsura est.

¶ *De donationibus*

¶ *Ioannes Stratforth.*

COrdis dolore concutimnr et infra. Præsentis deliberatione consilij omnes & singulos in nostra prouincia qui mortis vicinæ cõiecturã verisimilem obtinentes: ex malicia siue fraude vniuersa bona seu quãtitatem eorum tam notabilem etiam inter viuos donare, seu aliter alienare præsumpserint : sic q; ecclesia, rex, siue alij creditores : quibus sic donantes siue alienantes efficaciter tenebant suis iurib9:

Vxores

Vxores ve, seu liberi eorundem suis portionibus de consuetudine vel de iure ipsis debitis irrecuperabiliter defraudantur. Assistentes insuper languentibus in extremis et alijs, huiusmodi donationes seu alienationes fieri consulentes et temere procurantes ipōsq; languentib⁹ etalios consilijs aut suasionibus peruersis a voluntate testandi nequiter auertentes: ex quibus liberam testamenti factionem impediri, ecclesias et alios supradictos suo iure non ambigitur malicioſe priuari. Dictęq; fraudis siue malicię conscios ac sic donata siue alienata recipientes et ad hoc consilium dantes auxilium vel fauorem: maioris excōmunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto: donantes insuper bona sua huiusmodi in ipsa prouincia, aut ea taliter alienātes propter sui grauitatem excessus, non obstāte quacunq; absolutione impensa a prędicta sententia ecclesiastica, careāt sepultura. Ceterum ne probationis fraudis

dis et malicię in hac parte difficultas hãc prouisionem reddat inutilem, statuim⁹ q̃ quotienscunq̃ aliqui dictæ prouincię sua bona omnia sic, vt præfertur, donauerint: aut alias quouis titulo alienauerint: seu in q̃titate tam notabili, q̃ appareat de residuo ecclesijs vel creditoribus alijs de suis debitis, vxoribus et liberis de suis portionibus supradictis non posse, satisfieri sicut decet: donatio huiusmodi per maliciam siue fraudem eo ipo fieri censeatur, maliciæ siue fraudis probatione vlteriori minime requisita.

De peculio clericorum. Stephanus.

QVia pleri q̃ et infra. Salubri prouisione decernimus ne clerici beneficiati fructus ecclesiasticos in laico feodo reponãt, domos ve aut possessiones laicas ad opus concubinarum vel filiorum emere præsumant. Nec ad opus eorum domos construant in feodo laicali. Nec etiam pecuniam subministrent: ad huiusmodi emenda ad opus

eorum vt sic illis subtrahatur occasio malignandi. Si quis autem super hoc habeatur iusta ratione suspectus: nisi ad arbitrium superioris se purgauerit: ipsius superioris arbitrio puniatur.

De testamentis. Idem.

VT clericalis & infra. Licet legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium velimus obseruari: nolumus tamen q̃ concubinis suis aliquid in testamẽto suo relinquant: quod si de cœtero factum fuerit, totum illud arbitrio episcopi conuertatur in vsum ecclesię quã rexit defunctus.

Idem.

CVm viris religiosis non liceat possidere propriũ, qui se et sua pariter in ipso religionis ingressu domino dedicauerunt, præsentialiter diffinimus: vt nulla persona in regulari ordine cõstituta cõdere testamẽtũ præsumat, cũ nihil suũ tẽpora-

le

le habeat; qnod transferri valeat in dominum alienum

Ioannes pecham.

REligiosa sinceritas et infra. Statuto de Lambeth quo est prouisum salubriter ne aliqui religiosi cuiuscum qꝫ professionis existant, sint executores testamentorum, nisi de licẽtia ordinariorum et voluntate: Adijciẽdo duximꝰ statuẽd ũ, qꝫ nullꝰ religiosus permittatur executor existere alicuius testamenti, nisi superior suus caueat pro suo religioso huiusmodi, qꝫ sufficienter exequatur, et fideliter reddat, et integre rationẽ de residuis si quæ fuerint, de dãnis quæ per ipsum emerserint loci ordinario absq; difficultate qualibet rñdebit Et nõnulli religionis habitũ deferẽtes, licet nõ sint executores, tamẽ distributores efficiuntur bonorum defuncti, temeritate propria, vel imprudẽtia aliena, ex quo magnam prouenire vidimus bonorum huiusmodi lęsionem, Idem circa

huiusmodi distributionem præcipimus obseruari, quod circa executionem superius est prouisum, ne aliter executioni vel distributioni huiusmodi se immisceant sub pęna anathematis inhibentes. Vñ qui sufficienter cauere nequeunt: sciant se tam ab executione q̄ a distributione bonorum huiusmodi presentis diffinitione consilii perpetuo elongatos.

Symonis Mepham.

ITem quia locorum ordinarij circa insinuationem testamentorum et commissionem administrationis bonorū per cautelas exquisitas contra huiusmodi executores testamentorum: vt ab eis eo citius pecuniam extorqueāt: se vt dicitur hactenus reddiderunt onerosos. Statuimus q̄ pro insinuatione testamenti pauperis cuius inuentarium bonorum centum solidos sterlingorū non excesserit: nihil penitus exigatur.

Ioannes Straforth.

Statu-

STatutũ bonæ memoriæ Bonifacij quondam Cantuarien. archiepiſcopi præ deceſſoris noſtri circa bona inteſtatorum et aſcriptitiorum aliorumq; ſeruilis cõditionis hõim vltimas voluntates quod incipit. Ceterum contingit interdum. &c. a multis in dubium reuocatum nouiter recenſentes quibuſdam ad id additis et alijs ab eo ſubtractis ſub verbis infraſcriptis, decernimus ſi impoſterum firmiter obſeruandum. Ceterum cõtingit interdum q̃ laicis et clericis diuino iudicio decedentibus inteſtatis, dñi feudorũ non p̃mittũt debita defunctorũ ſolui de bonis mobilib⁹ eorũdem: nec in vſus vxorũ ſuarũ liberorum vel parentum: vel aliter per diſpoſitionẽ ordinariorum bona prædicta pro ea portione, quæ ſecundum conſuetudinem patriæ defunctos contingit: permittunt diſtribui pro eiſdem. Alij ſiquidem aſcriptitiorum et aliorum ſeruilis conditionis hominum; nec non ſolutarum et

coniugatarum mulierum et, suarũ pro-
priarum vxorũ, vel etiam aliorum im-
pediunt, vel impediri procurãt factionẽ
liberam testamẽti, et ipsius executionẽ,
et dictorum testantium voluntatem vl-
timam, tã contra iura, ꝙ consuetudines
ecclesiæ hactenus approbatas in diuinę
maiestatis offensã, et læsionem iuris ec
clesiastici euidentem. Vnde nos prę sen-
tis autoritate consilij omnes et singulos
in his vel in eorum aliquo decetero de-
linquentes maioris excommunicationis
sententia fore decernimus innodatos.
Testamentis insuper coram ordinarijs
locorum ad quos pertinet, probatis et
approbatis huiusmodi testamentorum
probatio et approbatio: nisi ratione lai-
calis feodi, si id in testamento aliquo le
gari cõtingat, nullatenus a laicis requi-
rantur. Nec impediant clerici vel laici
cuiuscuis conditionis homines seu impe-
dire procurent quominus testamenta
et voluntates vltimę defunctorum pro-
cedant

cedant et consequantur effectum in his quę legari possunt de consuetudine vel de iure. Si vero sint qui contra hęc venire pręsumpserint in futurũ sciãt se pñtis autoritate consilij maioris excommunicationis sententia esse inuolutos. Ac cõtra eos et alios in pręmissis nequiter excedentes: tanq̃ contra violatores et perturbatores ecclesiasticarum libertatum gladium spiritualem decernimus exercendum. Inhibemus etiam ne cuiq̃ executori testamenti cuiuscunq̃ administrare permittatur de bonis alicuius testatoris: nisi prius fiat inuentarium fidele de dictis bonis sumptibus funerarijs: et circa confectionem inuentarij huiusmodi apponendis dumtaxat exceptis. Inuentarium vero huiusmodi locorum ordinariis tradi volumus; infra tempus eorum arbitrio moderandum. Et postq̃ coram ordinarijs iuxta morem probatum fuerit testamentum non committatur aliquibus in bonis hu-

iusmodi executio seu administratio: nisi talibus qui debitam administrationis sue possint, et si oporteat sufficienter caueāt, ac fideliter promittāt reddere rationem: cum super hoc per locorum ordinarios congrue fuerint requisiti. Item statuimus præsentis autoritate consilij ne aliqui religiosi cuiuscunq; professionis existant: sint executores testamentorum: nisi hoc de ordinariorum voluntate et licentia concedatur: et q; de portione contingente defunctum etiam parochialis ecclesia ius percipiat consuetum. Statuimus præterea q; nullus executor aliquid sibi applicet, vel appropriet de bonis defuncti, cuius testamentum exequitur titulo emptionis vel aliter: nisi quod fuerit sibi a testatore donatum inter viuos, vel in suo testamento: siue in vltima voluntate relictum: aut quod pro ipsius executoris labore ordinarii arbitrio fuerit ordinatum: vel si quid fuerit sibi debitum a defuncto, aut

pro

pro moderatis expẽsis suæ administra-
tionis sub pœna suspẽsionis ab ingressu
ecclesiæ: quam contra facientes incurre
re volum⁹ ipso facto: cuius absolutionẽ
non obtineant: donec applicata vel ap
propriata sibi sic indebite restituerint: et
ecclesię cathedralis fabricę cuius defunc
tus erat subditus duplum sic appropria-
torum vel applicatorũ sibiipsis soluerint
de propriis suis bonis. Omnia vero et
singula supradicta mandamus per eccle
sias singulas nostræ Cantuariensis pro-
uinciæ bina vice annuatim solemniter
publicari.

Idem.

ITa quorundam et infra. Statuimus
q̃ episcopi et alij inferiores ecclesia-
stici iudices nostræ cantuarieñ. pro-
uinciæ de bonis clericorum, quos te-
stari posse constat de consuetudine reg
ni Anglię, seu aliorum testantium quo-
rumcunq̃: prętercq̃ in casibus expresse
permissis

permissis quouis quęsito colore nullatenus se intromittant: sed executores testamentorum ipsorum libere permittant disponere de eisdem. Necnō ab intestato decedentium solutis debitis eorundē bona qnę superstūt in pias causas, et pro nis decedentium cōsanguineis, seruitoribus, et propinquis: seu alijs pro defunctorum animarum salute distribuant et conuertant nihil inde sibi retento. Nisi forsan aliquid rationabile pro ipsorum ordinariorum labore fuerit retinēdum, sub pœna suspēsionis ab ingressu ecclesiæ, quam ecclesiasticos iudices contrarium facientes incurrere volumus ipso facto: donec de p̄missis satisfecerint competenter *Idem.*

ADeo quorundam et infra. Statuimus vt p̄ probatione vel approbatione seu insinuatione testamentorum quorumcunq; nihil per episcopos seu alios ordinarios capiatur omnino, per clericos tamen scribentes insinuationes

nuationes huiusmodi sex denarios dūꝫ taxat recipi permittimꝰ ꝓ labore. Quod si aliquod inuentarium bonorum cuiuscunqꝫ defuncti in compoto triginta solidorum summam reperiatur excedere: quod tamen ad centum solidos minime extendatur, pro compoto et agendis omnibus circa ipsum, acquietantiarūqꝫ literis seu alijs quibuscunqꝫ episcopi aut ordinarij seu deputati ab eis: et audiẽtes compotum, vel ministri alij compotis huiusmodi intendentes vltra duodecim denarios non recipere pręsumant. Si vero centum solidorum summã aut vltra: minus tamen viginti libris dicta contineant inuentaria, compotis intendentes et alij prędicti proipsorum labore ac acquietantiarum literis et alijs suprascriptis trium solidorum perceptione penitus sint contenti. Sed si viginti libras aut vltra: minus tamen sexaginta librarum summam habeant, vltra quinqꝫ

solidos

ſolidos pro labore literis et ſcripturis aliis non admittant. Si vero quadraginta librarum aut amplius: minus tamẽ centum librarum ſummam attingãt huiuſmodi inuẽtaria, decem ſolidos pro præmiſſis recipiant et non vltra. Si vero ſũmam centum librarum vel amplius dicta contineaut inuentaria: minus tamen centum quinquaginta libris ſummam cõtineant, vltra viginti ſolidos pro prædictis recipere non præſumant. Sicq; ad vlteriora aſcendendo ſiue procedendo, pro ſingulis quinquaginta libris excreſcentibus præter et vltra dictos viginti ſolidos: alios decẽ ſolidos recipiãt et nõ amplius. Clericis tamẽ pro ſingulis acquietantiarum literis quas ſcribunt in hac parte vltra præmiſſa ſex denarios accipere permittimus pro labore. Si vero quemq; in aliquo caſuũ prædictorũ vltra ſummam pretaxatam quauis cautela in pecunia numerata ſeu rebus aliis contingat recipere: duplum eius quod

rece-

receperit vltra: fabricę cathedralis eccleſiæ loci infra menſem reddere teneatur. Alioquin epiſcopi extunc duplum ipſū vltra prędictum tempus reſtituere differentes: ſciant ingreſſum eccleſiæ eis eſſe interdictum: inferiores uero ab officio et beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quouſq; de duplo huiuſmodi dictis cathedralibus eccleſijs plenariam ſatiſfactionem impendant. In ipſa vero probatione, approbatione, vel inſinuatione teſtamentorum quorumcunq; vel poſtea, ante adminiſtrationis compotorū reddiciones fideliter factas acquietātiarū litterę teſtamētorū executoribus nullatenus concedantur ſubpœna ſuſēpſionis ab ingreſſu eccleſiæ per ſex menſes, quā contra faciētes incurrere volum⁹ ipſo facto.

¶ *De ſepulturis. Ioannes Stratforth.*

QVia ſuper et infra. Statuimus in noſtra prouincia ꝙ peractis a viris eccleſiaſticis mortuorum memorijs: nulli in priuatis domibus in quibus

bus mortuorum corpora vsq; ad sepultu-
ram frequenter requiescunt, decetero
receptẽtur ad consuetas nocturnas vigi-
lias peragendas: defunctorum amicis et
propinquis et his qui psalteria forsan p
defunctis dicere voluerint dumtaxat ex-
ceptis: sub pena maioris excommunica-
tionis: quam contra prẽmissa vigilias fa
cientes huiusmodi, et receptores taliter vi-
gilantium non immerito poterunt for-
midare.

¶ *Robertus wynchelsee.*

QVia interrectores ecclesiarum et
parochianos suos lites cupimus
extinguere, quæ frequenter ori-
untur: Statuimus q; si decedens
tria ad minus vel plura cuiuscunq; ge-
neris in bonis animalia habuerit optimo
cui de iure fuerit debitum reseruato, ec-
clesiæ suę a qua recepit sactamenta dum
viueret: melius post optimũ reseruetur.

De parochiis et alienis pærochianis.

Stephanus Langton.

Ad

AD instar patrisfamilias euangelici plures operarios in vineam suam mittentis, Vt quod vnus non valet explere, saltem solicitudo perficeret plurimorum: Sententialiter diffinimus vt in singulis parochialibus ecclesijs quarum est parochia diffusa: duo sint vel tres presbyteri: pensata pariter magnitudine parochię, et ecclesiæ facultate, ne forte (quod absit) egrotante vno presbytero vel debilitato: parochianis infirmitatibus: ac diuinis officijs volentibus interesse officia diuina subtrahantur, vel negentur sacramenta ecclesiastica.

Ioannes pecham.

ALtissimus de terra et infra. Nullus communionem prebeat diocesani alterius sacerdoti: sine ipsius licentia manifesta. Quam ordinationẽ nõ intẽdimus ad pegrinãtes extẽdere: nec necessitatis casui derogare.

De decimis et oblationibus. Symon Mepham.

Quia

QVia quidam maledictionis filij in nubentium solemnijs, purificationibus mulierum, mortuorum exequijs: et alijs in quibus ipse dominus in ministrorum suorum personis solebat oblationum libamine populariter honorari: ad vnius denarij, vel alterius modicę quantitatis oblationem populi deuotionem restringere sunt moliti: residuum oblationis fidelium suis pro libito vel alienis vsibus multotiens applicantes: Alij vero non attendentes q̄ dominus omnipotens: cuius est terra et plenitudo eius: et vniuersi qui habitant in ea: decimas in signum vniuersalis dominij sibi reddi pręceperit, et pro suo cultu easdem clericis assignauit: Aliquando malicioſe impediunt, impediriue faciunt vel procurant viros ecclesiastico ad quos spectat perceptio decimarum, eorum re seruitores: quo minus liberum ingressum et egressum in predia et prediis de quibus huiusmodi decimę p

ueniunt

uenisse habere possint pro ipsis decimis colligẽdis, custodiendis, vel etiam quo voluerint abducendis. Alii etiam, nisi prius cerothecę vel caligę seu quicq̃ aliud eis dentur seu promittantur, decimas huiusmodi asportant et consumũt asportariue faciunt et consumi, seu aliquod damnum inferunt inferri ve faciunt in eisdem. Nos igitur peruersorum damnabilibus consilijs salubre remedium imponere cupientes: nihil nouum statuentes: sed antiquorum canonum statuta in medium deducentes uniuersos et singulos huiusmodi instigatores, impeditores, et alios supradictos, per quorum nephandas machinationes ecclesiis vel earum rectoribus, vicariis aut ministris quicq̃ damni infertur aut subtrahitur honoris aut commodi consueti: Præsentis declaratione consilii declaramus et pronunciamus omnes et singulos in prędictis vel eorum aliquo im-

posterũ delinquẽtes vĩculo maioris excõ
municationis inuolui, reseruata loci dio
cesano eorum absolutione: præterq; in
mortis articulo, quousq; ipsorum mini=
sterio in contrarium laborantium eccle=
sijs fuerit popularis deuotio efficaciter
restituta, ac viris ecclesiasticis sic lęsis de
huiusmodi excessibus plenarie fuerit sa=
tisfactum.

Ioannes Stratforth.

ERroris damnabilis deuio excæca
ti suarum animarum excidia non
deuitant: dum frugum suarũ de=
cimam garbam soluentes pro la=
bore metentibus ea minime computata
non absq; errore calculi, pro decima vn=
decimam soluunt garbam, contẽdentes
se mercenarijs de frugibus nõ decimatis
posse pro autumnali labore potissime
ante decimationem soluere mercedem,
noui testamenti et veteris imperium con
tẽnentes. Quorundam etiam laicorum
superstitiosa malicia nouiter adinuenit:
quod

q̄ cum garbas aliquas decimales non tamen ſignatas pro decimis in ſuis terris dimittunt, in ſeruientes virorum eccleſiaſticorum garbas aut alias res de decimis ſic dimiſſis nomine decimę abducentes et aſportantes ſceleratos exclamant, eoſq̄ arreſtari ſeu attachiari faciunt ſicut fures: ac ipſos et ipſorum dn̄os propter aſportationem et abductionem decimarum huiuſmodi infeſtant et multipliciter inquietant. Ipſorum etiam aliqui, pro eo q̄ garbarū et fœni ſeu rerum aliarum decimæ per ſolum eorum ducuntur, viros eccleſiaſticos, et eorum miniſtros in foro ſeculari implicant, et grauibus fatigant laboribus et expenſis. Alij pręterea vias et itīnera in prædia et a prædijs per quæ decimas oportet, ſeu ipſæ conſuenerunt abduci difficilia et per longos circuitus exhibent, et per ea tantum decimas ducentes ſinunt tranſire: ſeu duci vehi-

cula difficulter contra ecclesiasticam li-
bertatem. Quidam insuper garbas ex-
positas et assignatas pro decima: non
permittunt suis terris abduci: q̄diu in
illis quicq̄ de bladis remanet eorundē.
Sed ipsos sciēter tollerant a suis et alio-
rum animalibus conteri et consumi, ac
circa decimarū prestationem collecti-
onem et abductionem earum impedi-
menta multa inferunt et inferri faciunt
ac procurant in libertatum ac iurium
ecclesiasticorū violationē, et preiudiciū
manifestū, suarūq̄ periculū animarum
Nos igitur peruersorū hmōi cōatibus et
ausib⁹ damnabilib⁹ salutari remedio cu
piētes occurrere, oēs et singulos ex nunc
in premissis vel aliquibus eorum in no-
stra prouincia excedentes et illicita su-
pradicta, vel eorum aliquod fieri man-
dantes, seu etiam procurantes: nomine
ve suo facta, rata habentes et accepta:
quorum nephandis machinationibus,
iuri seu consuetudini approbatę ac li-
bera-

bertati eccleſiaſticæ quicq̃ ſubtrahi-
tur et aliquid iniurię, dãni, vel moleſtię
infertur contra eccleſiaſticam libertatẽ:
preſentis declaratione conſilij pronun-
ciamus vinculo maioris excommunica
tionis inuolui. Eorumq; abſolutionem
dioceſanis lococorum : preterq̃ in mor
tis articulo ſpecialiter reſeruamus.

Idem.

QVãq̃ exſoluentibus bene deci-
mas deus frugum omnium abũ-
dantiam, et poſſeſſionum pro-
miſerit vbertatem: tamen dolentes refe-
rimus, q; nonnulli noſtrę prouincię con
tra teſtamenti veteris atq; noui doctri-
nam de ſiluis ſuis ceduis, et lignis arbo-
rum ceduarum exciſis: circa quę minus
q̃ circa fructus agrorum laboris impen
dunt, decimas deo et eccleſijs quibus de-
bentur notorie, propter hoc q; in pręte-
ritum ipſas non dederunt, ſoluere con-
tradicunt: quod eſtimant idcirco licere,
quia legem moris de longa iuualuiſſe

 conſuetudine

consuetudine arbitrantur: in dubium etiam reuocantes quid silua cædua sit censenda. Nos igitur aduertentes, q̃ si sua portione ecclesia sit defraudata diutine, crimen propterea non minuitur, sed augetur: Ac fames, et penuria, omniũ q̃ rerum egestas opprimunt bene decimas non soluentes: huius declaramus prouisione consilij siluam cæduam illam fore quæ cuiuscunq; genere arborũ existens in hoc habetur, vt cædatur, et quæ etiam succisa rursus ex stipitibus et radicibus renascitur. Ac ex ea decimam, vt potè realem, et prædialem parochialibus et matricibus ecclesijs persoluendam: nec non siluarum possessores huiusmodi ad præstationem decimarum lignorum ipsorũ excisorũ in eis: sicut fœni et bladorum omni cẽsura ecclesiastica fore canonice compellendos.

Idem.

Immo

IMmoderatę temeritatis et infra. Prę-
sẽtis deliberatione consilij quoscunq;
laicos oblationes in ecclesijs vel ca-
pellis aut cuiusuis earum porticu vel
cemiterijs seu quocunq; loco diuino in
tuitu: in nostra factas seu faciendas pro
uincia: occupantes, auferentes, seu dis-
ponentes: quouismodo de ipsis prętex-
tu etiam cuiusuis operis, cõsuetudinis, a-
lioue colore: nisi de consensu eccleśia-
sticarum personarum, ad quas oblatio-
num huiusmodi perceptio pertinet: et ex
causa sufficienti et legitima per episco-
pum loci primitus approbanda: ipso fa-
cto maioris excommunicationis senten
tiæ decernimus subiacere.

¶ *Robertus wynchelsee.*

QVoniam propter diuersas consue
tudines in petendo decimas per
diuersas ecclesias inter rectores
ecclesiarum et parochianos suos
rixę et contentiones, scandala, et odia

maxima multotiens oriuntur. Volumus et statuimus q̄ in cunctis ecclesijs per cantuariensē prouinciam constitutis vniformis sit petitio decimarū et prouentuum ecclesiarū. In primis volumus q̄ decimę de frugibus, non deductis expēsis, integre et sine aliqua diminutione soluantur; et de fructibus arborum, et de seminibus omnibus, et de herbis hortorum: nisi parochiani competentem fecerint redēptionem pro talibus decimis. Volumus et statuimus etiam q̄ decimę de fœnis vbicunq; crescant siue in magnis: siue in paruis pratis: siue in c.iminis exigantur: et prout expedit ecclesiæ persoluantur. De nutrimentis autē animalium scilicet de agnis statuimus, q̄ pro sex agnis et infra; sex oboli dentur pro decima. Si septem sint agni in numero, septim⁹ agnus detur pro decima rectori. Ita tamen q̄ rector ecclesiæ, qui septimum agnum recipit, tres obolos in recompensationem soluat parochiano a

quo

quo decimam illam recepit. Qui octauum recipit det denarium. Qui vero nonum: det obolũ parochiano: vel expectet rector vſq; ad alium annum donec plenarie decimum agnum poſſit recipere ſi maluerit. Et qui ita expectat: ſemper exigat ſecundum agnum meliorem, vel tertium ad minus, de agnis ſecũdi anni: et hoc pro expectatione primi anni. Et ita intelligendum eſt de decima lanę. Sed ſi oues alibi in hyeme et alibi in ęſtate nutriantur: diuidenda eſt decima. Similiter ſi quis medio tempore emerit vel vendiderit oues: et certũ ſit a qua parochia illę oues venerint: earundem diuidenda eſt decima: ſicut de re quæ ſequitur duo domicilia. Si autem incertum fuerit: habeat illa eccleſia totam decimã infra cuius limites tempore tonſionis inueniuntur. De lacte vero volumus q; decima ſoluatur dum durat. Videlicet de caſeo tempore ſuo. Et de lacte in autũno

tumno et hyeme: nisi parochiani velint pro talibus facere competentem redẽptionem : et hoc ad valorem decimę et commodum ecclesiæ. De prouentibus autem molendinorum: volumus ꝙ decimæ integre soluantur et fideliter. De pasturis autem et pascuis tam communibus ꝙ non communibus : statuimus ꝙ decimę fideliter persoluantur: et hoc per numerum animalium et dierum vt expedit ecclesiæ. De piscationibus et apibus sicut de omnibus aliis bonis iuste ac quisitis, quę renouantur per annum: statuimus ꝙ decimæ soluantur et exigantur debito modo. Statuimus ꝙ decimæ personales soluantur, nec non debito modo exigantur de artificibus et mercatoribus, ſ. de lucro negociationis. Similiter de carpentarijs, fabris, cementarijs, textoribus, pandoxatricibus, et omnibus alijs stipendinarijs et operarijs, vt videlicet dent decimas de stipendi

is

is ſuis. Niſi ſtipendinarij aliquid certum velint dare ad opus vel ad lumen eccleſie: ſi rectori ipſius eccleſiæ placuerit. In petitione autem principalis legati volumus q̄ conſuetudo prouinciæ cum poſſeſſiõe eccleſiæ obſeruetur: ita q̄ rector eccleſiæ ſi fuerit vel vicarius in petitione ſua : vel capellanus annuus deum in petitione illa habeat præ oculis. Sed q̄ñ inueniuntur multi decimas ſponte dare nolentes: ſtatuimus q̄ parochiani moneãtur primo, ſecũdo, et tertio: vt decimas deo et eccleſiæ fideliter ſoluant. Quod ſi ſe non emendauerint, primo ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendantur : et ſic demum ad ſolutionẽ decimarum per cenſuram eccleſiaſticam, ſi neceſſe fuerit, cõpellantur. Si autem dictæ ſuſpenſionis relaxationem vel abſolutionem petierint, ad ordinarium loci mittantur abſoluendi, et debito modo puniẽdi. Rectores aũt eccleſiarũ, ſeu vicarij, aut capellani ãni qui prædictas

prędictas decimas prędicto modo prop ter formidinem hominum seu fauorem, timore dei postposito (vt prędictū est) cum effectu non petierint: pęna suspen= sionis innodētur donec dimidiā marcā argēti pro sua inobedientia archidiaco= no loci persoluant.

Idem.

QVoniā vt audiuimus, super deci= mis et nutrimentis animalium inter ecclesiarū rectores propter amotiones pecorū ad diuersarū parochi arū pasturas diuersis anni tēporib9 cō tentiones multimodę oriuntur: Nos vi= am pacis prępparare volentes, statuendo diffinimus, et diffiniendo statuimus, ꝙ ad ecclesias in quarum parochijs oues a tempore tonsionis vsqꝫ ad festū sācti Martini in hyeme continue pascuntur et cubant, decima lanæ, lactis, et ca= sei eiusdem temporis : licet postea a= motæ fuerint ab illa parochia et ali= bi

bi tondeãtur, integre persoluatur. Et ne fraus fiat in casu præmisso, præcipimus ꝙ antecꝫ oues amoueantur a pasturis, vel etiam distrahãtur, ecclesiarum rectoribus sufficienter de soluenda decima caueatur. Quod si infra prædictum tẽpus ad diuersarum parochiarum pasturam transferentur, quælibet ecclesia pro rata temporis portione decimam percipiet earundem minori triginta dierum spacio in rata temporis minime computando Si vero per totum tempus prædictum cubant in vna parochia, et pascantur continue in alia, inter ipsas ecclesias decima duidatur. Quod si post festum sancti Martini ducantur ad pascua aliena, et vsqꝫ ad tempus tonsionis in vna vel in diuersis parochiis, siue in propriis pasturis dominorum suorum siue alterius cuiuscumqꝫ pascantur, habita ratione ad numerum ouium pascua estimentur: et secundum estimationem pascuorum ab eorum dominis exigantur

tur decimæ. Decima vero lactis et caſei de vaccis et capris proueniens: vbi cubant et paſcuntur: ibi ſoluatur. Alioquin ſi cubant in vna parochia, et paſcuntur in alia parochia: decima inter rectores diuidatõ omnino. Agni vero, vituli, pulli equini: et alij fætus decimales, habita ratione ad loca diuerſa vbi gignuntur, oriuntur, et nutriuntur: et ad moram quam traxerint in eiſdem, particulariter decimẽtur. Quid vero pro decima debeatur, vbi lac propter paucitatem vaccarum vel ouium ad caſeum faciendum non ſufficit, et quid pro agnis, vitulis equis, velleribus, aucis: aut alijs huiuſmodi, de quibus propter eorum modicitatẽ decima certa dari non poteſt: conſuetudini locorum duximus relinquendum. Item præcipimus, ꝙ ſi quis poſt feſtum ſancti Martini oues occiderit: vel ſi oues quouis caſu fortuito moriantur, decimam legitimam parochiali eccleſiæ ſolue-

uere

uere non postponant. Et si oues extraneę in alicuius parochia tondeantur, decima ibidē tradetur rectori ecclesiæ: nisi sufficienter doceri posset q̄ pro decima sit alibi satisfactum: vt solutionem ibidem faciendam modo legitimo valeat impedire.

Idem.

SAncta ecclesia et infra. Cum sacro eloquio iubente de omnibus quę nouantur per annum nullo tempore excuso decimę sint cum omni integritate et absq̄ dimnutione soluendę, liceatq̄ vnicuiq̄ capellano parochiali, rectori, siue vicario parochianos suos per censuram ecclesiasticam ad solutionem decimarum compellere: omnibus et singulis rectoribus, vicarijs, et capellanis parochialibus: et ecclesiarum parochialium curatis per nostram prouinciam constitutis virtute obedientię, mandamus firmiter iniungentes: quatenus diligenter moneant

et

et efficaciter iuducant et quilibet ipſo-
rum in parochia ſua maneat et inducat,
ꝙ prædicti parochiani omnes et ſingu-
li integre et ſine diminutione decimas
inferius annotatas eccleſijs ſuis perſol-
uant: ſcilicet decimam lactis a primo
tempore ſuę nouationis, tam menſe au-
guſti ꝙ in aliis menſibus. De prouenti-
bus etiam boſcorum, pannagiis ſiluarū
et cœterarum arborum ſi vendantur, vi
uariorum, piſcariorum, fluminum, ſtag
norum, arborum, pecorum, columba-
rum, ſeminum, fructuum, et beſtiarum,
warrennarum, aucupicii, hortorū, cur-
tilagiorum, lanæ, lini, vini, et grani, tur
uorum, in locis quibus fabricantur et
fodiuntur, cignorum, caponum, auca-
rum, et anatum, ouorum, thenecii, agro
rum, apum, mellis, et cerę, prouentuum
molendinorum, venationum, artificio-
rum, negociationum, necnon agnorū,
vitulorum, pullorum, equorum, ſecun
dum eorum valorem et omnium prouẽ
tuum

uum rerum aliarum decetero satisfaci-
ant competenter ecclesijs quibus de iu-
re tenentur, nullis expensis rõne prestā-
tionis decimarũ deductis seu retẽtis, nisi
tãtũ de prestatione decimarũ artificiorũ
et negociationũ. Quod si monitionibus
suis parere cõtẽpserint: per suspensionis
excommunicationis, et interdicti senten-
tias eos ad prestationem predictarum
decimarum huiusmodi compellant.

De regularibus et transeuntibus ad religionem, Stephanus.

QVia vero nonnunq; et infra. Mo
nachi infra. xviij. annum non re-
cipiantur: nisi vrgens vel euideus
necessitas vel vtilitas aliud inducat.

Ioannes pecham.

SAnctimoniales plurime et infra.
Moniales quedam intantum deci-
piuntur: vt cum fuerint etatis legi-
timæ et doli capaces, postq; vltra
annum inter moniales monastice vixe-
rint: putant se non esse professas, ac sibi
licere redire ad seculum: pro eo quod be

nedictionem episcopalem cum solemnitate voti emissi minime recepeunt: nos huiusmodi errorem excludentes, presentis autoritate consilij, declaramus eas ipso facto professas existere reputãdas, postq; vltra annum vitã sponte in collegio duxerint regularem adeo: vt ad seculum redire nullatenus permittantur: nihilomnius ab episcopis cum solemnitate debita consecrãdas suo tempore, vel velandas. Item etiam quantum ad professionis vinculum censemus de monachis, et religiosis alijs qnibuscunq;, quibus nihil obsistit canonicum, et eos si vltra annum religionis habitum in monasterio sponte detulerint: et ipso reiecto ad seculum redierint: esse sicut apostatas ab ecclesiasticis beneficijs repellendos, et ad repetenda sua monasteria secundũ iuris exigentiam compellẽdos. De quibus fiat diligens inquisitio per archidiaconos, quoniã multos huiusmodi sub ouino vellere lupinum animum nouimus

mus palliare.

De voto et voti redemptione. Stephanus

QVia iuxta ſcripturę teſtimonium, vota nr̃a tenemur deo ſalubriter reddere quę vouemus: Decernimus annectendum: vt epiſcopi formam profeſſionis in ſua conſecratione prolatam bis in anno coram ſe legi faciant diligenter: vt tanto melius ſponſionis proprię recordentur: quanto ſæpius fuerit eorum auribus inculcata.

Edmundus,

PRęcipimus vt ſacerdotes ſæpe moneant populum: et maxime mulieres, ne faciant vota ſua niſi cum deliberatione, et de conſenſu virorum ſuorum, et conſilio ſacerdotum.

De ſtatu regularium.
Stephanus.

VT rectius gerantur omnia, si exteriorum administratio claustralium respondeat vitę quieti: Statuimus vt tam obedientiales rerum monasterij q̃ prælati maiores quater vel bis ad minus in anno coram fratribus a conuentu ad hoc deputatis, vel coram superioribus iuxta monasterij cõ suetudinem, reddant de receptis et expensis omnibus rationem. Ad hoc autẽ illos prelatos exista constitutione nolumus obligari: qui possessiones habent a monachis vel canonicis regularibus separatas.

Idem.

QVia nonnunq̃ serpens antiquus, qui iugiter sedet in insidijs sanctis viris: q̃to magis eos inuenit solitarios, et absq̃ consolatione mutua conuersantes: tanto facilius eos interdũ suis insultibus obruit et confundit: Prouida deliberatione statuim9: vt tã monachi, q̃ cononici regulares, et moniales

in

in vno dormitorio pariť dormiāt et quieſcāt, ſingulis pſonis ſingulis lectis aſſignatis. In vno etiē refectorio ſimul edāt: neq; per ſe cuilibet: ſed coniunctim omnibus victualia pręparentur: nec ſingulis eorum pro veſtibus denarij tribuantur: ſed talia per certas perſonas ad hoc deputatas puta camerarios ſuos, et camerarias ſuas diligēter expediātur: qui vel quæ, ſicut bona et facultates domus ſuſtinuerint: indumenta miniſtrent. Et cū noua tradunt, vetera ab eis recipiantur indumenta: quę in vſus pauperum, vel alias neceſſitates, de conſilio abbatis, vel abatiſſę conuertātur. Camerario autem vel camerarię nō liceat alicui monacho vel cānonico, vel moniali dare denarios vel aliquid aliud pro veſtimentis. Sed nec monacho, vel canonico, vel moniali liceat aliquid recipere: et ſi fecerint, et camerarius ab officio deponatur, et monachus, vel canonicus, vel monialis anno illo nouis careat indumentis.

Idem.

ADhæc quoniam sexũ muliebrẽ contra versutiam antiqui hostis minus fortem multiplici remedio necesse est efficaciter cõmuniri: Decernimus vt moniales et cæterę mulieres diuino cultui dedicatę: velum, vel peplum sericum non habeant, nec in velo acus argenteas, vel aureas audeant deportare. Nec ipsę nec monachi, nec canonici regulares habeant zonas sericas: vel auri, vel argenti ornatum habentes, nec burneto vel alio pãno irregulari decetero vtantur. Metiantur etiam iuxta dimensionem corporum vestes suas, ita ꝙ longitudinem corporum non excedant: sed pedes sicut decet supertecto, sufficiat eis cum Ioseph veste indui talari. Et sola monialis consecrata deferat annulum: et vno solo sit contenta. Si qui autem ꝯtra hanc prohibitionem venire prę-

sump-

ſumpſerint, et commoniti ſe nō correxerint, regulari ſubiaceant diſciplinę.

Idem.

VT ſecundum canonicas ſanctiones: abbatibus a quibus minores viuendi normam habent aſſumere, ſuper honeſta conuerſatione teſtium copioſitas ſuffragetur: decernimus vt epiſcopi capellanos ſuos, vel aliquem illorum ſingulis mutent annis. Qui autem habent vnum tantum: illum mutet ſimiliter: *nili* neceſſaria cauſa ſubfuerit: quatenus ſi de vita eorum (quod abſit) ſcandalum oriatur: tanto plures innocentiæ ſuæ habeant teſtes: quanto eorum vita pluribus innoteſcit.

Idem.

INhibemus ne moniales infra ſepta domorum ſuarum prętęr neceſſarias ſeruientes ad cohabitādum mulieres ſeculares recipiant: niſi epiſcopi dioceſani accedat aſſenſus. Item tam a monachis q̄ a cononicis regularibus et mo-

niliabus silentium precipimus obseruari in locis et temporibus cõstitutis: nec viris aut mulieribus, absq; licentia superioris egredi liceat septa domus, nec sine certa causa et honesta egrediendi eis licentia concedatur. Ita q; nulli clausturaliũ causa recreationis aut visitãdi parentes pateat aditus exeumdi: nisi talis forte fuerit, de quo nihil sinistrũ offit aut debeat suspicari. Qui etiam semper collegam secum habeat. Et quotiens alicui exeundi licentia conceditur: certus dies eidem in quo redire debeat prefigatur. Hoc quoq; volumus obseruari: vt vbicunq; propter excessum alicui⁹: si viderit episcopus, vel abbas, vel prior conuẽtualis, non hbaens abbatem expedire vt, quis ad tempus alibi moretur, ad domũ aliam religionis eiusdem in eodem episcopatu transferatur, vel si necesse fuerit ad alium etiam episcopatum dirigatur: et per diocesanum compellatur admitti: qui ibi in omnibus subiaceat regulari

dis-

disciplinę. Itaq; si ex mora ipsius ecclesia fuerit grauara in qua moratur: vice versa mittat aliquem de suis collegis, qui interim morā faciat in mōasterio delinquētis. Nec prius rediens ille qui deliquit in domo sua recipiatur: q̄; si plene de commisso pœnituerit: et tunc per suū superiorem reuocetur. Si autem monasterium in quo moratur delinquēs neminem versa vice mittere voluerit ad monasteriū delinquentis, monasterium a quo venit ei vestes ministret.

Idem.

OMnem autem singularitatem interdicimus in refectorio, vt cibus aliter vni q̄; alteri pręparetur, sed qui præest prouideat, vt sibi interdū talia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit, expedire, valeat releuari: Omnia autem victualia religiosis apponēda, sine subtractione aliqua eis apponantur tam in conuentu q̄; alibi vbi reficiuntur. Et de omnibus

nibus appositis totū residuū sine diminu
tione aliqua cedat in eleemosynam per
eleemosynariū egentibus simul erogā=
dū. Ita ꝙ nec abbas, nec prior, nec elee=
mosynarius possit contra hoc dispēsare.
Et quicūqꝫ statutū istud, vel aliud de in
dumentis admittere, vel obseruare no=
luerit: si sacerdos fuerit a celebratione
diuinorum: si minoris ordinis, vel moni=
alis: a communicatione corporis christi
vsqꝫ ad plenam satisfactionem firmiter
suspendatur. Item prohibemus ne ali=
quę moniales singulariter in refectorib⁹
comedant carnes, in quibus non solent
cōiter carnes comedere. Ad hęc per
nullam societatem, vel considerationē
admittatur monachus in alterius mona=
sterio ad moram faciendam: nisi cum
literis episcopi sui: vel abbatis, vel prio=
ris cōuentualis non habētis abbatē. Idē
inter canonicos regulares et moniales
volumus obseruari. Prouideant etiam
episcopi, ꝙ moniales in omnib⁹ suis nę
cessariꝭs

cessarijs sustentari possint de bonis monasterij, nec sustineant vltra numerum illum aliquem admitti. Nec etiam recipiantur aliquæ postq̃ redactæ fuerint ad numerum illum. Et hoc firmiter statuimus autoritate p̃ntis consilij. Si autem de cœtero contra hanc formam aliquam contingat admitti: tam abbatissa, q̃ prioriſſa deponatur. Idem de magistris et prioribus moniales custodientibus: si contra hanc formam moniales admiserint duximus statuendum. Confiteantur etiam moniales sacerdotibus sibi ab episcopis deputatis. Clerici autẽ vel laici frequentem non habeant accessum ad clausſtrum monialium sine rationabili causa. *Idem.*

QVoniam inter alia vitia impetus gulę solet non mediocriter viros prȩcipue religiosos infestare, decernimus vt nec monachi, nec canonici regulares nisi horis statutis potationi aut cõessatiõi vacare p̃sumãt. Si vero sitiuerint

tiuerint, impetrata licentia regulariter refectorium introeant, et ſic neceſſitati ſubueniant, non vt conſulant voluptati. Ab hac autem generalitate infirmos excipimus, et eos qei ſunt in obſequiis prælatorum. Ad hęc ſtatuimus, vt cum pro debilitate, vel alia iuſta de cauſa monachi ſeorſum in miſericordia commorantur, ſemper habeant ſecum duos ad minus ſeniores, qui aliorum leuitates debita correctione compeſcãt, et qui poſtmodum in capitulo teſtificentur qualiter miſericorditer fuerint conuerſati.

Idem inter canonicos regulares, et moniales volumus obſeruari.

Ioannes Pecham.

SAnctimoniales plurimæ in vagationis vitio delectãtes, Dinæ vagãtis exemplo, in conſimile corruption ſiſcandalum, imo longe perniciosius aſſidue prolabuntur. Cui periculo prouidentes, magis optantes earum ſaluti conſulere, q̃ vanis earundem deſi

deriſs

derijs complacere: ſub pœna excommu nicationis inhibemus, ne qua illarum etiam cum ſocia, nedum ſola, apud parẽ tes, vel affines quantumcunq; propin quos, nedum apud extraneos quantum cunq; famæ, vel eminentiæ vel religio nis exiſtant, vltra tres dies naturales cã recreationis perhendinare, ſeu pro qua cũ q; neceſſitate vel occaſione, vltra ſex dies ceſſante infirmitate, commorari pręſumant: niſi locorum epiſcopis aliud ali quotiens ex cã neceſſaria videatur: de quo eorum conſcientias in tremendo iu dicio oneramus. Hanc autem ordinati onem ad illas non extendimus, quæ ex teris coguntur mẽdicare ſibi neceſſaria, dum mendicant.

De religioſis domibus. *Ioannes Pecham.*

PLures inuenimus religioſas domus ordinis ſancti Auguſtini: quæ pro eo quod olim quidũſdam matrici bus eccleſiis vltramarinis adheſerãt a quibus modo, immo etiam diuturno tempore

tempore seperatę noscuntur, occasione quarundem ceremoniarum a dictis matricibus domibus receptarum, per quas discrepant a cęteris eiusdem ordinis domibus in cantuariensi prouincia constitutis, non conueniunt cum ceteris in capitulo generali singulis triennijs: iuxta consilium generale celebrando: Et quia turpis est pars quę non conuenit suo toto: Statuimus vt decetero omnes huiusmodi domus salua ceremoniarum suarum obseruantia specialiter moneantur per locorum episcopos vt conueniant cum alijs canonicis in capitulo generali de regimine et reformatione ordinis cõiter tractaturi. Vel inter eos et alios quantum ad substantialia religionis suę sit notabilis deuersitas: sibi ipsis seperatim constituant capitulum generale. Alioquin hoc facere per censuram ecclesiasticam compellantur.

Edmundus.

Quoni

QVoniam religionum imminens diuersitas grauem in ecclesia dei confusionem inducit: Prꝛcipimꝰ ꝙ qui volunt domum hospitalẽ, seu xenodochium fundare de nouo, regulam et institutionem a loci ordinario accipiant, secundum quam viuant regulariter et religiose. Ad hoc districtius inhibemus, ne inclusi, vel inclusæ constituãtur alicubi sine licentia loci diocesani speciali, pẽsatis loci moribus, et personarum qualitate, et vnde debeant sustentari. In domibus etiam eorum personę seculares nullatenus hospitentur, sine causa honesta et manifesta.

De jure patronatus. *Stephanus.*

CVm secundum apostolum et infra. Hoc merito duximus adiungendum, vt si duo ad vnam et eandem ecclesiam fuerint prꝛsẽtati, neutri eorũ pẽdente lite, custodia cõmittat̃, sed si ad eꝑm ius cõferẽdi talẽ ecclesia

ecclesiam autoritate consilij deuoluatur cum contentio sit inter duos patronos, quorum vterq; clericum suum præsentat: cum ex episcopi collatione nulli patronorum, qui postea euicerit, ius patronatus præiudicium debeat generari:
Statuimus vt episcop⁹ neutri illorũ qui præsentati fuerint ecclesiam illam conferat illa vice, nisi de vtriusq; patroni consensu, ne saltem aliquale præiudicium alteri patronorum videatur generari: si forte postmodum ius euicerit patronatus.

Bonifacius.

SI aliquo euincente ius patronatus contra alium in foro regio, scribat rex episcopo vel alteri ad quem institutio pertinet: q; præsentatum ab illo qui euicit admittat, si beneficium vacauerit, ne patrono fiat iniuria et aliud nihil obsistat canonicum, admittatur libere præsentatus. Si vero non vacat huiusmodi beneficium, domino regi vel iusti-

iuſticiarijs habet nunciare prælatus excuſando ſe, quia tale beneficium nō vacat non poteſt mandatum regium adimplere. Liceat tamen patrono iterum ſi voluerit p̄ſentare poſſidentē: vt ſic ius euincētis patroni impoſterū declaretur.

Ioannes pecham.

PEr noſtram prouinciā et infra. Statuimus et perpetuo ordinamus: vt nullus decanus ſeu quiuis prelatus alius: exceptis perſonis epiſcoporum, quorum hac ordinatione autoritas non artatur: inquiſitionem faciat de p̄ntationis alicuius ad beneficium eccleſiaſticū negocio: niſi in pleno loci capitulo: eo cui poſſeſſio eccleſiæ incumbit vocatio legitimo ſub tanti temporis ſpacio quo poſſit ſibi prudentum virorum conſilio proſpicere, et defenſioni ſtat9 ſui de ſufficienti remedio prouidere. Quicquid autem decetero contra hanc noſtram ordinationem fuerit attentatum: decernimus penitus non tenere ad ſatiſfaci-

endum nihilominus de damno omnimodo quod idem possessor perpessus fuerit: per decanum vel prælatum alium taliter clandestine inquirentem præsentis sanctione cõsilij condẽnamus, ambitiosum ipsum ipso officio sic nequiter ambito excludentes perpetuo, nihilominus eundem ab omni obtentu alterius beneficij ecclesiastici per triennium suspendentes

De censibus et procurationibus *Stephanus.*

VT singula ecclesiastica officia in ecclesia dei rite procedant: Statuimus ne archidiaconi nimium graues accclesiis sibi subiectis existant, districtius inhibentes ne statutum in cõsilio generali euectionis numerum excedant, sed visitationis nomine debitam sibi recipiant procurationem Nec ad eã procurationẽ veniẽtes extraneos vt secum veniant inuitare præsumant, Si tamen pro honore archidiaconi ecclesiarũ rectores velint aliquos inuitare, hoc nul

latenus

laterius prohibemus Sed ipsi archidiacō ni nullum inuitent, ne forte qui per suū aduentum ecclesias non grauarent, tamen grauent per inuitatos. Vnde vt eis subtrahatur necessitas inuitandi, prohibemus ne archidiaconi die visitationis suæ apud ecclesiam quam visitant capitulum celebrent, nisi forte in burgo vel ciuitate ecclesia sit constituta. Ad hæc archidiaconis districtius inhibemus ne aliquo modo procurationē recipiant sine causa rationabili: nisi illo die quo personaliter visitant ecclesiā procurātem, nec redemptionem pro visitatione extorquere præsumant.

Idem.

VT archidiaconi et infra, Archidiaconis, decanis, et officialibꝰ eorum districtius inhibemus: ne in subditos suos exactiones vel tallias per se vel per alios exercere vel extorquere præsumant.

Boinfacius.

ITem contra grauamina et excessus quæ per apparitores archidiaconorū et decanorum subditis inferri didici= mus remedium adhibere volentes: Statuimus vt cum pro faciendis execu= tionibus aut aliis necessitatib⁹ ad hospi= tia, rectorum, vicariorum, seu capellano rum, vel aliorum presbyterorum, seu clericorum, vel religiosorum eos declina re contigerit : nihil omnino ratione procurationis, vel alterius seruitij exigāt ab eisdem. Sed cum gratiarum actione recipientes ea quę eis ab hospitibus ap= ponentur, illis contenti existant. Neq; per nuncios et subbedellos: sed per seip= sos executiones faciant præceptorum. Bedelli vero qui contra hoc fecerint, et oneroſi subditis dominorum suorum: seu iniurioſi inuenti fuerint : grauiter puniantur: et grauatis duplum testituere teneantur.

Ioannes Stratforth

Seua

SEua et miſerabilis cupiditas adin= uenit: vt pro literis inſtitutionum clericorum ad beneficia eccleſiaſti= ca admiſſorum, et literis ordinum pro ſcripturarum labore ac ſigillis: fi= ant multotiens exactiones immenſæ, id reprobante canone dicente, ꝙ ſicut non decet epiſcopum manus impoſitionem vendere: ita nec miniſtum calamum ve= nūdare. Archidiaconorum quoꝙ, et ſu= orum officialium, nec non et aliorum clerici certificatorias literas iniquiſitio= num ſuper beneficijs vacantibus factas tradere renuunt preſentatis: niſi prius ex ceſſiuam nimis ſummam pecunię habe= ant pro ſcriptura. Nos igitur hunc abu= ſum abolere volentes preſētis delibera= tione conſilij duximus ordinandum: ꝙ pro ſcriptura literarū inquiſitionum, in ſtitutionū, vel collationum, et commiſſi= onum ad inducendum: vel certificatorijs ipſarum in beneficijs vltra duodecim de narios: pro literis vero cuiuſlibet ſacri

ordinis vltra sex denarios dicti clerici p se vel p alios nō recipiāt quouismodo. In cœteris vero ordinarij suis tenentur ministris stipendia cōstituere, quibus debeant merito cōtentari. Pro sigillatione vero literarum huiusmodi, aut mariscalis pro introitu, seu ianitorib⁹, hostiarijs vel barbitonsoribus episcoporum a clericis minoribus vel maioribus ordinib⁹ decoratis nihil omnino exigi volumus vel persolui: nec cuiusuis specie velaminis solutio pro sigillis literarum vel introitu supradictis in quęstum damnabilem conuertatur. Et ne temeritas prouisa remedia violans prætereat impunita, si contra præmissa quicq̄ recipiatur ab aliquo, duplum sic recepti reddi præcipimus infra mensem. Alioquin clerici beneficiati receptorum per ipsos inique duplum restituere differentes ab officio et beneficio nouerint se suspensos. Clerici vero non beneficiati et laici ingressum ecclesiæ sibi nouerint interdictum

tum, quousq; de duplo satisfactionem impenderint soluentibus competentem

Idem.

QVamuis lex naturę et infra. Præsentis autoritate consilij inhibemus: ne quis procurationem ratione visitationis soluendam ab aliqua præsumat recipere ecclesia; nisi visitationis officium eidem diligenter impenderit: scrutatis personaliter et inspectis per ipsum cum effectu quæ fuerint indaganda. Si quis vero plures visitare voluerit ecclesias vno die, procuratione vnica in victualibus vel pecunia, ad quã omnes etiam et singulas sic die vnico visitatas proportionabiliter faciat contribuere, prout tradunt canones: sit contentus. Et si nocte precedẽte visitationem in quauis ecclesia faciendam: ad sumptus rectoris seu vicarii visitandi; seu die visitationis in

prandio steterit: cum eisdem veram estimationem sumptuum huiusmodi in procuratione: si eam in pecunia visitans licite duxerit exigendam computare seu allocare, vel pro ea in toto studeat compensare, ita q̃ nec vltra sumptus huiusmodi solidam procurationem in pecunia, nec amplius deductis eisdem sumptibus de procuratione in pecunia exsoluenda superẽrit: pręsumat recipere vel exigere quouismodo. Si quis autem aliter fecerit, donec indebite recepta restituerit: ab ingressu ecclesiæ nouerit se suspensum. Verum quia plures archidiaconi, et alij ordinarij honoris pręrogatiua vel nobilitate generis decorati: in suis visitationibus incedentes, familiarium et vecturarum statutum in canonibus numerum excedunt: sic q̃ procurantes eosdem in victualibus excessiue et indebite onerantur vltra estimationẽ ꝓcurationis, quę in pecunia solet solui: Nos huiusmodi visitatis: an in pecunia quãtitatis

tatis solitę vel in victualibus visitantes eosdem voluerint procurare optionem reseruamus. Et si visitata insuper ecclesia capellas habuerit dependentes ab ea: Statuimus q̄ pro ecclesiæ suarumq̄ capellarum huiusmodi visitatione, procuratione quę pro vna ecclesia pręstari solet: in dioceſi cuius est ecclesia: visitantes archidiaconi et alij ordinarij sint contenti, sub pœna suspensionis ab officio et beneficio: quam ipso facto incurrant: donec duplum illius quod vltra procurationem huiusmodi vnicam receperint suæ ecclesiæ soluerint cathedrali. Item quia visitantes archidiaconi et alij ordinarij: tam in ecclesijs, q̄ in ornamentis eorum, et cymiteriorum clausuris, mansorum domibus reperientes defectus, ipsos sub pecuniarijs pœnis pręcipiūt reparari: et a non parentibus censuris extorquent pœnas huiusmodi, quibus dicti defectus debite poterunt emendari: inde suas bursas cum iactura pauperum his diebus

oppresso

oppreſſorũ inſolite nequiter impinguã-
tes. Igitur ne ꝓpter tales exactiones pœ
nales aduerſus archidiaconos et alios or-
diniaros et eorũ miniſtros deꝫ occaſio ma
lignandi: nec eccleſiaſticos viros deceat
queſtibꝰ inhoneſtis et pœnalibꝰ anhela-
re vel ditari: ſtatuimꝰ qꝫ pœnę hmõi, quo
tiens exactę fuerint, in reparationem cõ
uertantur huinſmodi defectuum reper-
torum ſub pœua ſuſpẽſionis ab officio,
quam contra præmiſſa ſibi ipſis pœnas
huiuſmodi applicãtes, donec ſic perçep-
ta ad reparationem dictorum defectuũ
cum effectu aſſignent, incurrere decer-
nimus ipſo facto.

Idem.

ITem licet quis purgari et infra. Illum
archidiaconorum et ſuorum officia-
lium aliorumqꝫ ordinariorum deteſtã
tes abuſum, quo a ſacerdotibus in ſu-
is iuriſdictiõibus celebraturis diuina, pri
uſqꝫ id faciant certam et exceſſiuã quan
titatem pecunię exigunt: libertatem qua
ſacer-

sacerdotes huiusmodi clericos sua nomina inserẽtes in matriculis de vno denario solebant recipere, in exactionem censualem vi. denarios, vel circiter illicite conuertentes: Statuimus q̃ deceteto a dictis sacerdotibus vltra denarium vnicum, pro quo ipsorum nomina registrentur in primis admissionibus eorum ad celebrandum diuina: dicti archidiaconi et ceteri ordinarij, aut quiuis eorundem ministri recipere non audeant quouismodo, sub pæna suspensionis a celebratione diuinorum, et ingressu ecclesiæ: quam contra facientes incurrant, quousq̃ duplum receptorum huiusmodi fabricę ecclesiæ cathedralium locorũ persoluant.

Idem.

CVm apparitorum et infra. Presentis approbatione consilij statuimus q̃ singuli nostri suffraganei vnum apparitorẽ equitem habeant dũtaxat pro diocesibus eorundẽ: locorum

rum vero archidiaconi nostræ prouin-
cię pro suorum archidiaconatuum sin-
gulis decanatibus vnū apparitorem
non equitem sed peditem habeant tan
tummodo incedentem. Qui cum recto
ribus aut ecclesiarum vicarijs vltra noc-
tem et diem vnicam: singulis quarterijs
in anno ipsorum sumptibus non moren
tur: nisi per eosdem inuitati fuerint ad
morandum specialiter. Nec in capitulis
generalibus collectas in pecunia, seu
alias de lanis, agnis, vel rebus alijs
faciant aliquales: gratis tamen eis data
cum gratiarum actione recipere valeant
Quod si plures contra hoc fecerint: de-
putati vel eorum aliqui prędmissa reper-
ti fuerint temere violare: deputātes eos-
dem tamdiu ipso facto ab officio et be-
neficio sint suspensi donec huiusmodi a-
mouerint deputatos, quos etiam ab ap-
paritorum officio perpetuo suspendi-
mus ipso facto.

De

Stephanus.

AD excitandos affectus laborantium in vinea domini sabaoth, Vt verę retributionis valeant denarium recipere post laborem: decernimus ne opus dei fiat ab aliquibus negligenter. Prętertim cum in generali consilio sit statutum et pręceptum: vt diuinum officium, nocturnum pariter et diurnum secundum quod deus dederit studiose celebretur et deuote: Vniuersa quoq; sacramenta ecclesiastica et pręcipue baptismatis et altaris deuotissime (prout deus inspirauerit) celebrentur et ministrentur. Verba quoq; canonis, prętertim in consecratione corporis et sanguinis christi plene et integre proferantur. Presbyter autem postq̄ dominicum corpus et sanguinem sumpserit in altari: si in eodem die missarum solemnia ipsum celebrare oporteat: iterato vinum calici infusum, vel digitis superfusum sumere non prętumat. Ad hęc duximus

imus statuendum districtius inhibẽtes, ne sacerdos quispiam missarum solemnia celebret bis in die: extra diem natalis domini, et resurrectionis dominicę, vel exequijs mortuorum: videlicet cum corpus alicuius eodem die fuerit tumulandum: et tunc prima missa de die, posterior vero pro defuncto celebretur.

Ioannes pecham.

SAcerdotes caueãt vniuersi ne missarũ peculiariũ seu familiariũ se celebrationi obligent, quo minus valeãt canonico officio cõmissã sibi officiare ecclesiam, vt tenentur. Nec presumant aliqui annalia celebranda suscipere: nisi pro defuncto celebrent quotidie, vel procurent specialiter celebrari. Nullus insuper plura recipiat annalia celebranda q̃ habet socios sacerdotes: illo casu excepto, quo procurans suffragia fieri pro defũcto consentit expresse memoriam defuncti in missa alij vel alijs copulari. Nec credat sacerdos celebrans

brans se dicendo missam vnam posse satisfacere pro duobus, pro quorũ vtroq; specialiter insolidum promiserit celebrare. Licet canon dicat, ꝙ nhil minus accipitur cum missa pro defunctis vna dicitur, q̃ pro vno quolibet ipsorum diceretur. Loquitur enim de his missis quę anxiato corde dicuntur. Absit ne a quocunq; catholico credatur tantum intensiue proficere missam vnam deuote celebratam mille hominibus pro quibus forsan dicitur: q̃ tum pro eis mille deuotione consimili canerentur. Licet enim ipsum sacrificium (ꝙ est Christus) infinitę sit virtutis, non tamen in sacramẽto vel sacrificio suę immẽsitatis summã plenitudinẽ operat̃. Alioqnin ꝓ vno mortuo nũq; oporteret missã dicere nisi vnã. Operatur enim in hmõi mysterijs distributione certa suæ plenitudinis, quã ipse eisdem lege ineffabili allegauit. Illos autem qui pro annalibus et anniuersarijs celebrandis stipendia receperunt,

nec

nec ex certa malicia vel accidia satisfaciunt vt tenentur, monem⁹ vt omissa supppleant et ad plenum satisfaciant in futurum. Et quandocnnq; id non fecerint, fructus taliter receptos pro animabus illorum qui eis talia contulerunt erogẽt pauperibus. Aut si vtrumq; istorum ſpõte neglexerint, sicut fraudatores fideliũ ab ordinarijs suis aspere corrigantur.

Idem.

SAnctum et salubre et infra, Statuimus vt pro singulis episcopis cantuarien. prouincię decedentibus residui confratres superstites solemne faciant officium defunctorum non solũ in capellis suis singulis, sed etiam cum post decessum alicuius vel aliquorum episcoporum huiusmodi recenter in cõsilio vel alias pro vtilitate ecclesię pariter congregantur. Pręcipientes insuper et in virtute obedientię firmiter iniungentes, vt singuli sacerdotes tam seculares q̃ religiosi dicant missas singulas

cum

cum de dioceſani obitu eis fuerit veritas intimata pro ipſius anima a peccati maculis expianda. Rogamus inſuper ſacerdotes exemptos, religioſos: et ſi qui ſint etiam ſeculares, vt ordinationem iſtam ſaluis in aliis exemptionis ſuæ priuilegiis, gratis ſuſcipiant, vel eam ſaltem autoritate propria ſibi conſtituant obſeruãdam. Scituri q̃ grati erimus gratiæ, et dolebimus, ſi quos inuenerim⁹ de ingratis

Idem.

ALtiſſimns et infra. In eleuatione corporis chriſti ab vna parte ad minus campanæ pulſentur, vt populares qui celebrationi miſſarum non valent quotidie intereſſe vbicunq̃ fuerint, ſiue in agris, ſiue in domibus, flectant genua, indulgentias conceſſas a pluribus epiſcopis habituri. Statuimus inſuper, vt quilibet ſacerdos quem canonica neceſſitas non excuſat, conficiat omni hebdomada ſaltẽ ſemel. Parochiales inſuper ſacerdotes caueant

diligẽter, ne alicui dent corpus domini, nisi prius constet eis ipsum confessum fuisse testimonio vel iudicio fide digno. Et huiusmodi certificationis onus ipsius susceptoris imponimus sacramento, qui habet ea quæ saluti suæ sunt necessaria procurare. Nullus etiam sacram communionem prębeat parochiano alterius sacerdotis sine licentia manifesta. Quam ordinationem non intendimus ad peregrinantes extendere, vel periclitantes, nec necessitatis casui derogare.

Ioannes Stratfrth.

QVia sit inhonestum et infra. De fratrum nostrorum et totius consilij assensu decernimus quemcunq; in oratorijs capellis, aut domibus non consecrais, seu in loco minime dedicato seu delibato missarũ solemnia, diocesani non obtenta licentia, contra canonum prohibitionem de cœtero celebrantem suspensionem a diuinorum celebratione per mensem incurrere ipso facto

facto. Licentiam autē ab episcopis nostræ prouinciæ missas in locis huiusmodi non consecratis concessam celebrandi, et imposterum concedendam personis alijs ꝯ magnatibus seu nobilibus moram facientibus in locis ab ecclesijs parochialib⁹ notabiliter distantib⁹ aut notorie debilibus, vel infirmis irritam decernimus et inanem. Per hoc tamen prælatis, et rectorib⁹, et canonicis ecclesiarum cathedralium vel religiosis non intendimus derogare, quo minus ipsi in oratorijs suis ab antiquo cōstructis missam possint licite celebrare seu facere celebrari sicut fieri consueuit. Sacerdotes insuper quos in oratorijs seu capellis regum ant reginarum angliæ liberorumue suorum erectis vel erigendis missas celebrare contigerit pœna prædicta nolumus coartari.

Richardus.

N. ñ Præcipi

PRæcipimus ne consecretur eucharistia nisi in calice de auro vel argento, et ne staneum calicem aliquis episcopꝰ ammodo bñdicat interdicimus

Edmundus.

IN celebratione missæ pacem daturus sacerdos hostiam sacram ori suo, non apponat quia añ perceptionẽ ipsam tangere non debet. Si vero de patina, sicut quidam faciunt, eam sumat, post celebrationem missæ tam patinam q̃ calicem faciat aqua perfundi, vel solum calicem, si eam non sumat de patina. Habeat quoq; sacerdos iuxta altare pãnum mundissimum alio panno circundatum vndiq;, et honeste ac decenter coopertum: in quo post susceptionem sacramenti salutaris digitos cum labijs ablutos emundet.

walterus.

LIntheamina corporalia pallę et alia indumenta altaris integra sint et mundissima, et sæpe abluantur per personas ad hoc in canone de putatas

putatas ob reuerentiam et præsentiam saluatoris nostri, et totius cœlestis curiæ quam sacramento altaris conficiendo et confecto non est dubium interesse.

Verba canonis in his pręsertim quæ ad sanctum sacramentum pertinent plene, integre, et cum sũma animi deuotione proferantur. Non tamen sit ita morosus sacerdos in præmissis, ꝙ fastidium ingerat auditoribus, et officium suum priuet deuotionis pinguedine, quia muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, id est pinguedinem deuotionis. Nullus insuper sacerdos parochialis præsumat missam celebrare anteꝙ matutinale persoluerit officiũ, & primam, et tertiam de die. Item nullus clericus permittatur ministrare in officio altaris, nisi indutus sit suppellicio: eo tẽpore quo missarum solemnia peraguntur accedantur duæ candelæ, vel ad minus vna. Prohibemus quoq; ne vllus sacerdos lapsꝰ in peccatum mortale ad altare præsumat

accedere

accedere celebratur⁹ anteq̄ confiteatur Nec putet, vt quidam errātes credunt q̄ mortalia deleantur per confessionem generalem.

Robertus winchelse

PResbiteri stipendinarij, necnon alij sacerdotes propriis sumptibus, vel per alios sustentati diuina celebrantes in prouincia nostra non recipiant oblationes, portiones, obuētiones, denarios pro requestis, trigintalia, vel aliquam certam quotā, p̄sertim oblationes pro corporibus mortuorum præsentibus, nō obtenta licentia a rectoribus vel vicarijs ecclesiarum in quib⁹ celebrauerint. Nec ea vllo modo asportent in præiudicium rectorū vel vicariorum ecclesiarū prædictarum, vel eorum vicem gerentiū, ne sentētiā maioris excōmunicationis in hac parte latam incurrant. Decernimus etiā vt presbiteri hmōi infra nr̄ām prouinciā celebrātes intersint in cancello in matutinis, in vesperis, et alij diuinis offi-

officijs debitis horis induti suppellicijs quę sibi ꝑprijs expensis ꝓuidebūt, et nō in naui ecclesiæ, cymiteriis, vel cāpis. Et si super his per præsidentes correpti fuerint, non se reddant elatos, nec erigant cerui ces contra eos, nec propter hoc excitent aliquos, qui eos foueāt, et protegant: et ad interessendum prædictis horis debet eis iniungi in virtute obediētię, ꝙ sint præsentes, legentes, canentes, et psalmodisantes. Dicti vero presbiteri diebus dominicis et festiuis, vel si corpus alicuius defuncti affuerit, missas suas post lectum euangelium maioris missæ incipiant et compleant: sed nō prius: nisi de licentia rectoris vicarij vel præsidentis petita et obtenta.

Simonis Isiepe.

Effrenata et infra. De fratrū nrorū cōsilio et assesu Statuimus et ordinam⁹, ꝙ capellani quicunq; nō

beneficiati præsertim idonei curis animarum ecclesijs seu capellis parochialibus, moderatis sibi constitutis salarijs postpositis priuatis seu peculiaribus obsequijs, quorumcunq; ante omnia officiare et intendere teneantur, cum loci diocesanum, seu ordinarium iudicẽ in hac parte competentem fuerint requisiti. Sub pœna suspensionis ob officio, quam si sic requisiti vt præmittitur infra viginti dierum spacium, cessante legitimo impedimento non paruerint cum effectu eo ipso se nouerint incursuros.

Simonis Sudburi.

Effrenata et infra. Quanq; bonæ memoriæ dominus Simon Islep⁹ dudum cantuarien̄. archiepiscop⁹ prædecessor noster dum in humanis agebat de fratrum suorum consilio et assensu statuerit et ordinauerit q̄ capellani annalia celebrantes, et cœteri animarum curę non intendentes quinque marcarum, ecclesias vero seu capellas

las parochiales, et curam eisdem immi-
nentem officiantes sex marcarum sum-
ma pro suis stipendijs annuis deberent
contentari: In sacerdotes non parentes
statuto huiusmodi pœnam suspensionis
ab officio ipso facto imponendo. Nos
tamen temporum qualitate attenta: de
fratrum et suffraganeorum nostrorum
consilio et assensu statuimus: vt qui-
cũq; in nostra ciuitate, dioceſi, seu pro-
uincia cantuarien. pro animabus defũc
torum annalia celebraturi septem mar-
cis: aut cibarijs et tribus marcis; alij autẽ
qui curę animarum deseruient octo mar
cis: aut cibarijs et quattuor marcis sint
annuatim contenti. Nullatenus vltra id
recepturi: nisi aliter loci dioceſanus cum
his qui curę animarum deseruient: pri-
mitus decreuerit faciendum. Si quis au-
tem clericus contra hanc nostram consti
tutionem dando seu recipiendo venire
prę sumpserit: excommunicationis sen-
tentiam incurrat ipso facto: a qua nisi p

dioceſ

dioceſanũ loci in quo, deliquerit, non poterit abſolui. Sententijs vero et in prę ſenti ſtatuto noſtro contentis poſt pub= licationem eiuſdẽ: iuxta canonum exi= gentiam contra facientes eiſdẽ ligari vo lumus et inuolui.

De baptiſmo et eius effectu. *Edmundus.*

BAptiſteriũ habeatur in qualibet ec= cleſia baptiſmali, lapideũ vel aliud cõpetens quod decenter cooperiat̃, et reuerenter obſeruetur: et in alios vſus non cõuertatur. A qua vero in qua bap= tiſatus fuerit puer; vltra ſeptem dies in baptiſterio non ſeruetur. Si vero puer a laico domi propter neceſſitatem fuerit baptiſatus, aqua illa propter reuerenti= am baptiſmi, vel fũdat̃ ignẽ, vel ad eccle ſiã in baptiſteriũ fundenda deferatur: et vas illud comburatur: vel ad vſus eccle= ſiæ deputetur. Et ſciendum ꝙ interro= get ſacerdos laicum diligenter, cum in neceſſitate baptiſauerit puerũ, qnid dixe rit, etiam quid fecerit. Et ſi diligenti prę=

cedenti

cedenti inquisitioni facta sibi fide plena inuenerit laicum distincte et in forma ecclesiæ baptisasse: siue in latino, siue in gallico, siue in anglico, approbet factū: si nautem baptiset puerum: prout secundum formam ecclesiæ fuerit faciendum. Ad leuandum vero puerum de fonte: tres ad plus recipiātur: videlicet in baptismo maris duo mares et vna femina. In baptismo feminę duo feminę, et vn⁹ masculus. Quod enim amplius est, a malo est. De baptismate etiam et pœnitenti a pręcipimus, q̄ diaconi pęnitentias dare vel baptisare, non pręsumant: nisi in his casib⁹, cum sacerdos non potest, vel absens est, vel stulte, vel indiscrete non vult: et mors imminet puero vel ęgroto. Si vero baptisatus fuerit puer a laïco: prędecedentia et subsequentia mersionem impleātur, vel suppleātur a sacerdote

Ioannes pecham.

Circa

CIrca ſacramẽtum baptiſmi quoſ=dam cõperimus deliquiſſe. Cũ enim periclitantibus paruulis in neceſſitatis ineuitabili articulo quibuſcunq; laicis vel mulieribus ſit cõ=ceſſum in caſibus huiuſmodi periclitan=tes taliter baptiſare: et huiuſmodi baptiſ=mum conſtet ad ſalutem ſufficere ſi for=ma debita teneatur: nec debere taliter baptiſatos iterũ baptiſari: Quidam tamẽ ſtolidi ſacerdotes ſic baptiſatos paruu=los non ſine ſacramenti iniuria rebap=tiſant: quod ne decetero fiat firmiter in=hibemus. Sed ſuper ſic baptiſatos dican=tur exorciſmi et cathechiſmi propter re=uerentiam eccleſiæ taliter ſtatuentis. Forma autem ſacramenti in vulgari lingua conſiſtit: non ſolum in ſignis: ve rum etiam in ordine eorundem verbo=rum quibus ipſum eſt diuinitus ſacra=mentũ inſtitutũ: quo chriſtus dñs illis verbis et taliter ordinatis vt ſũt in lingua latina regñratiuã cõtulit poteſtatẽ. Dica

tur

tur ergo a ſic baptiſantibus: Iohn I chriſten the in the name of the father, and of the ſonne, and of the holy ghoſt. Vel alias in materna ſecundum conſuetudinem patrię. Vel in gallico ſic. Ie te baptiſe an num du pere, et du filz et du ſaint eſperit: q ſi ſacerdos rationabiliter dubitet an paruulus in forma debita baptiſatus ſit: tenens modum decretalis cum exorciſmis et cathechiſmo dicat. Si baptiſatus es, ego non rebaptiſo te: Si non dum baptiſatus es ego baptiſo te In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Attendant etiam ſacerdotes ne laſciua nomina quæ ſcilicet mox prolata ſonant in laſciuiam, imponi permittant paruulis baptiſatis: ſexus prȩcipue feminini: et ſi contrarium fiat: per confirmantes epiſcopos corrigatur *Idem.*

QVod in conſtitutione Othoboni cauetur de pueris baptiſandis vſq; generale baptiſma paſchæ et pentecoſtes videlicet reſeruandis

pro

pro ipsius statuti reuerentia, quod hactenus videtur esse neglectum: sic duximus declarandum vt pueri, per octo dies ante pascha: et dies totidem ante pentecosten nati de maternis uteris: si absq; periculo seruari valeant: usq; ad tempora illa reseruentur baptisandi: ita tamen q; medio tempore inter natiuitatem puerorum huiusmodi et perfectum baptismū recipiant catechismum, solaq; diebus baptismi superstit immersio facienda. Alij autem qui alijs anni temporib⁹ nati extiterint: tum propter mortis periculū quod sępe pueris imminet improuisum: tum propter simplicitatem parentum, qui circa formam baptismi sunt de facili erraturi, absq; vlla offēsionis nota, iuxta uetustam consuetudinem uel incōtinenti cum nati fuerint, vel postea prout placuerit ipsis parentibus baptisentur

¶ *De custodia eucharistiæ chrismatis, et olei sancti.*

Edmundus.

Fon-

FOntes baptismales sub sera clausi te neantur ꝓpter sortilegia Chrisma similiter et oleum sanctum sub clausi custodiãtur. Si vero is ad quẽ spectat custodia incaute ea reliquerit: tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriã aliquod nephariũ cõtigerit, graviori subiacet vltioni. *Ioannes pechã.*

DIgnissimum eucharistię sacramentum ꝓcipimus decetero taliter taliter cnstodiri: vt in qualibet ecclesia parochiali fiat tabernaculum cum clausura decens et honestum secundum curę magnitudinẽ et ecclesię facultates, in quo ipsum dominicum corpus: non in bursa vel loculo propter cõminutionis periculũ nullatenus collocet: Sed in pixide pulcherrima lino candidissimo adornata interius. Itaq; sine omni diminutionis periculo facile possit extrahi et imponi: quod quidẽ venerabile sacramentum omni die dominica præcipimus innouari. Sacerdotes autem in custodia

ſtodia euchariſtię negligẽtes puniri prę-
cipimus ſecundum regulam conſilij ge-
neralis: et grauius ſi in negligentia per-
ſeuerent.

De reliquiis et veneratione ſanctorum.

Stephanus.

AD exemplum Salomonis, qui
omnia vaſa domus domini ex-
auro puriſſimo fabricata: diui-
no cultui mancipauit: Statuimus vt quę
libet eccleſia calicem habeat argenteum
cum vaſis alijs decentibus: ſyndonem
mundam, ẽt candidam, et amplitudinis
congruentis. Vetera quoq; corporalia
quæ fuerint non idonea in altaribus
quando conſecrantur loco reliquiarum
reponantur, vel in præſentia archidiaco-
ni comburantur.

Ioannes pecham.

DIgniſſimum et infra. Statuimus
vt ſacramentum euchariſtiæ cir-
cunferatur cum debita reuerena
tia

rentia ad ęgrotos: sacerdote saltem indu to suppellicio gerẽte orariũ, cũ lumine præuio in lucerna cũ cãpana: vt popul⁹ ad reuerentiã debitã excitetur: qui ad p= sternendum se, vel adorandum saltem humiliter informetur sacerdotali pru= dentia vbicunq; regem glorię sub panis latibulo euenerit deportari: et de hoc ar= chidiaconi in suorum remissionem pec= caminum sint soliciti. Et quos circa hoc negligentes inuenerint: disciplina rigi= da castigent.

De ecclesiis ædificandis. Edmundus.

SI rector alicuius ecclesiæ decedens domos ecclesiæ reliquerit dirutas vel ruinosas, de bonis eius eccleſia= sticis tãta portio deducatur: q; suf= ficiat ad reparandum hęc, et alios defec= tus ecclesiæ supplendos. Idem statuimus circa illos vicarios, qui solu ẽdo modicã pensionem om nes ecclesiæ habent pro= uentus. Nam cum ad premissa tenean= tur: talis portio deducta satis poterit et

debet inter debita computari. Semper tamen rationabilis consideratio sit habenda ad facultates ecclesiæ cum hęc portio fuerit deducenda. *Robertus winchelsee.*

VT parochiani ecclesiarum singularum nostræ cãtuariensis prouincię sint decetero certitores de defectibus ipsos cõtingẽtib⁹, ne int' rectores et ipsos ãbiguitas generet tẽporibus successiuis: volum⁹ decetero et pręcipimus: q̃ teneant̃ inuenire omnia inferius annotata: videlicet legendã, antiphonariũ, gradale, psalteriũ, troperiũ, ordinale, missale, manuale, calicẽ, vestimẽtũ principale cum casula, dalmatica tunica, et cum capa in choro: cum omnibus suis appenditijs, frontale ad magnum altare cum tribus tuellis, tria superpellicia, vnum rochetum, crucẽ processionalem, crucem pro mortuis, thuribulũ, lucernã, cintinabulũ ad deferendum coram corpore christi in visitatione infirmorum, pixidem pro cor

pore

pore xp̃i honeſtū, velum quadrageſi-
male, vexilla ꝓ rogationibus, campa-
nas cū cordis, feretrū ꝓ defunctis, vas
ꝓ aqua benedicta, oſculatoriū, cādela-
brum ꝓ cereo paſcali, fontē cum ſera,
imagines in eccleſia, imaginem princi-
palē in cācello: clauſurā cymiterij, repa-
rationē nauis eccleſiæ interi⁹ et exteri⁹
tā in imaginibus q̄ in feneſtris vitreis,
reparationē librorū et veſtimentorum,
quādocunq; cōtigerit eadē reparationi
bus indigere. Cætera aūt tā in reparatio
ne cācelli q̄ in aliis hic nō expreſſis ſecū
dū diuerſas cōſuetudines approbatas a
locorū rectorib⁹ et vicariis, ſeu ad quos
pertinent, habent in omnibus reparari
ſumptibus eorundē. *Symon Mepham.*

STatuimus ꝙ nulla inquiſitio ſuper
defectibus domorum aut aliorum
ad beneficium eccleſiaſticum ſpec-
tantium decetero faciendam vale-
at in alterius prę̃iudiciū: niſi fiat ꝓ viros
fide dignos in forma iuris iuratos ipſo

ad hoc cuius intereſt primatus euocato integram veram eſtimationem defectu um in domibus aut alijs ad beneficia ec cleſiaſtica ſpectãtibus repertorum: ſiue per inquiſitionem, vel viam compoſitio nis facta extiterit, loci dioceſanus in re= parationem ipſorum defectuum conuer ti faciat infra terminũ competentem ip= ſius arbitrio moderandum.

Ioannes Stratforth.

LIcet parochiani et infra. Præſen= tis approbatione cõſilij duximus ſtatuendum, ꝙ tam religioſi ꝙ alij quicunq; poſſeſſiones aut prædia ſeu reditus quæ de gleba reficiendarũ eccleſiarum ſeu dote non exiſtunt in quibuſcũq; parochijs noſtræ prouinciæ obtinentes ſeu impoſterum habituri in ipſis degentes vel alibi ad quæuis onera parochianos ipſos ipſorum eccleſiã ac ornamenta eiuſdem concernentia: et eis in his de iure vel conſuetudine incum= bentia conſidetatis poſſeſſionum et re=

dituum

dictum huiusmodi quãtitatibus cũ cœteris parochianis ecclesiarum prædictarum quotiens opus fuerit contribuere teneantur. Ad quod cum necesse fuerit censuris ecclesiasticis et aliis iuris remediis per locorum ordinarios cõpellãtur

De immunitate ecclesiarum. Bonfacius.

PORro et infra. Statuimus vt qui ad immunitatem ecclesiæ fugientibus alimenta impedierint ministrari secundum arbitrium ordinariorum per censuram ecclesiasticam arceantur. Confugientes q; huiusmodi ab ecclesia vel cymiterio, vel post abiurationem terræ a via publica extrahentes, vel extractos occidentes, cum sub ecclesiastica protectione consistunt, omnibus pœnis sacrilegii percellantur: vna reliquam minime cõsumente. In ecclesia autem vel cymiterio non fiat custodia confugientium ad eãdem, quod si secus præsumptum fuerit: tam custodes q; qui eos apposuerunt in forma iuris per excommu

nica

nicationis sententiam arceantur. Illos quoq; tãtũ modo tueat̃ ecclesia, quos canones præcipiunt esse tuendos.

Idem.

VT inuadẽtib⁹ bona ecclesiastica et ecclesiasticas libertates infringẽtib⁹ et perturbãtib⁹ obuiet̃: quide duximus statuendũ: q huiusmodi malefactores sacrilegi et excommunicati per locorum ordinarios nuncientur. Et si in sua pertinacia per vnũ mensem perseuerauerint: tunc terrę suę et loca in quibus commorantur supponãtur ecclesiastico interdicto: et neutra relaxetur sententia: donec de damnis et iniurijs satisfecerint competẽter. Et si qui diuino non deferentes honori, ecclesiam possessionibus aut libertatibus spoliauerint, pœnis subiaceãt supradictis: et in ipsos vsq; ad plenam restitutionẽ condignam in forma iuris, excommunicationis sententia solemniter profcratur. Et si iidẽ sacrilegi faciant iudices

aut

aut plat̃os, ppter hoc attachiari et distringi, tã ipsi q̃ distringẽtes penis in attachiatores et districtores editis feriãtur. *Idem.*

COntingit aliquando q̃ domino regi ecclesiarum cathedraliũ, vel conuentualium custodiam obtinente: cum secundum certam libertatem ab eodem domino rege et suis predecessoribus ecclesiæ concessam: tamtundem rationabiles exitus capere debeat, ac rationabilia seruitia: et hoc sine districtione hominum, et vastatione rerum: Balliui tamen eius per tallias immoderatas, bona tenentium vacantis ecclesiæ auferunt violẽter, parcos, nemora et viuaria destruunt, domos, et consumere festinant et dissipant bona. Pauperes male tractant: et nõ solum ad ea q̃ ratione custodię obtinere consueuerant manus extendunt: sed etiam ad bona superstitũ vt blada: et instaura, et alia quibus capitula et conuentus sustẽtari debe rent: et alia q̃ rõne baronię ad ipsã spec

tare non poſſũt: videlicet decimas et oblationes ad eccleſias epiſcopatibus ſeu monaſteriis appropriatas ſpectantes et pertinentes: et alia ſimilia occupare preſumunt. Vt igitur huic morbo occurratur: ordinamus q̃ ſtatim cum eſcaetores et balliui regis huiuſmodi cuſtodes ingreſſi fuerint, prelati qui iuriſdictioni præſint: publice et ſolemniter interdicant ſub pœna excõmunicationis dictis balliuis omnibus in genere, ne talia attentare præſumant. Quod ſi contra fecerint denuncient eos in ſententiam excommunicationis latã inviolatores et pturbatores eccleſiaſticę libertatis incidiſſe: donec de damnis et iniuriis ſatiſfecerint competenter. Quam ſententiam poſt denunciationem huiuſmodi ſi contempſerint, contra eos procedatur per interdicta, et alias pœnas cõtra iniuriãtes huiuſmodi ordinatas. Et niſi dñs rex ſuper hoc monitus competenter reſtituerit ſeu reſtitui fecerit ſic ablata, et damna

na resarcierit, vel resarciri fecerit per suos illata, procedatur contra eũ sicut in alijs casibus regem tangentibus est statutum Et eadem quæ de rege et eius ministris superius ordinantur, in alijs dominis inferioribus et eorum ministris: si forsam ad eos custodia huiusmodi pertineat, volumus obseruari.

Ioannes Stratforth

ACcidit nouitate peruersa, ꝙ cum ecclesiarum prelati de morum disciplina, peccatis, et excessibus subditorũ nituntur inquirere, magnates et alij potestates seculares officia impedire molientes, eorum inhibent laicis ipsorum tenentibus: aut natiuis ne ad ordinariorũ citationes pro suorum criminum vel excessuum correctionibus canonice subeundis: quorum correctio et punitio ad ipsos ordinarios noscitur pertinere de iure vel consuetudine: aut protestamentorum insinuationibus et probationibus, aut calculis de bonis defunctorum administratis

ministratis per eos, seu compotis et alijs testamentarijs iuribus extra locum sui domicilij veniant, vel compareant corã eis: et ne in locis sui dominij, per prælatos exerceãtur præmissa, impediunt et impediri procurant nequiter, sibiq; super his iurisdictionem vsurpant. Alij prætera viros ecclesiasticos iurisdictionem ecclesiasticam exercentes, et suis subditis, p eorum culpis et excessibus pœnitentias corporales seu pecuniarias imponentes: ac ipsos facere cogentes easdem sicut ordinarijs ipsis licet: aut propœnitẽtijs corporalibus iuxta modum excessuũ suorum impositis redemptiones pecuniarias: prout iuste poterunt admittentes, de et super extortionibus excessiuis indictant: sicq; indictatos attachiant, et incarcerant: ac super his in foro seculari eos sibi respondere compellunt: quibus multas pecuniarias ea occasione in dicto foro seculari imponi procurant, et faciunt indebite pro sibito voluntatis. Frequenter

quenter etiam multi cum turmis et strepitu ad iudicia concurrunt ecclesiastica: ac iudices litigantesq; seu habentes ibidem alia expedire, grauiter sic exterrent q; ecclesiastica confunditur iurisdictio: et opprobriose officium prelatorum suspẽditur, et nequiter impeditur: ac in culpa facile homines corruẽtes: dum pœna non reprimit transgressores, impunitatẽ sibi pœnalem nutriunt: ac antiqui hostis insidijs leuem aditũ prẽparant et frequẽtem. Alij siquidem multos pro eo q; causas et negocia in foro ecclesiastico de iure, vel consuetudine pertractanda ibidẽ contra aduersarios suos mouent: nec nõ aduocatos postulantes pro eis: et procuratores alios q; ministros et ecclesiasticos iudices cognoscentes super his indictari, attachiari, carcerari q;, mancipari, et illos in foro seculari multipliciter fatigari faciunt et procurant, iuisq; tenentibus et aliis ad forum ecclesiasticum pro causis seu negociis in ipso,

de

de consuetudine vel iure tractandis re-
currentibus si non desistant, et in foro
seculari super his litigant imponunt sę-
pissime graues mulctas ipsosq; affligũt
et vexant iniuste multimodis laboribus
et expensis. Alij vero episcopos iurisdic
tionem suam in ciuitatibus seu locis a-
lijs eis subditis debite exercere volentes
in et super his quæ spectant notorie ad
eosdem, seu pro exercitio iurisdictionis
ecclesiasticæ mandata sua licita et cano
nica destinantes executionesq; eorum
debite faciendas impediunt vel impedi
re procurant iniuste sic nuncios manda-
ta huiusmodi deferentes et facere debi-
te iustas executiones volentes, capere
verberare et male tractare iniuriose præ
sumunt: Quidam etiam domini tempo
rales et eorum balliui bona decedentiũ
ab intestato in suis districtibus ad ipsos
dominos prætendentes fore quamuis er
ronee deuoluta, ne per ordinarios bona
huiusmodi pro debitorum solutione sic
dece

decedentium: ac in alios pios vsus pro ip
sorum animarum salute conuertantur,
vtiliter prout consensu regio et magna-
tũ regni Angliæ tãq; p iure ecclesiasti-
caq; libertate ab olim extitit ordinatum
impediunt in derogationem ecclesiasti-
cæ libertatis iurisq; et iurisdictionis ec-
clesiasticorum impedimentum et læsi-
onem enormem. Nos igitur præsentis
beliberatione consilii omnes et singu-
los in præmissis vel eorum aliquibus de
linquentes: seu præmissa vel eorum ali
qua, facientes consensum ad ea dantes,
consilium, auxilium, vel fauorem, aut
ea vel eorum aliqua in suis facta nego-
cijs nominibus eorum rata vel accepta
habentes hoc sacro approbante consi-
lio pronunciamus maioris excommuni
cationis sentẽtia innodari, quorum ab-
solutionem diocesanis locorũ specialiter
reseruam⁹: et delinquẽtes hmõi quater
ãnis singulis in cũctis ecclesiis parochi
alib⁹ nt̃q cãtuarien. prouinciæ excõmu-

nicatio

nicatos in genere præcipimus publice nunciari. *Idem.*

SEculi principes potestatẽ recipiẽtes a deo q̃ ecclesiæ sacerdotes suꝑborũ ceruicib⁹ imponere nequeũt, solent ab ipsis terrore disciplinæ suæ potestatis gladio extorquere. Vnde venerãda tradit antiquitas q̃ si excõicati humilitatis gr̃am et recõciliationis affectũ aſo obdurato arrogãter abiiciãt, inuocata regia potestas in auxiliũ tenet̃ ex debito rigore seueritatis rebelles hmõi cõpescere custodia carcerali. Sed contingit interdũ q̃ excõicatis etiã p̃ manifestis offẽsis ad significationẽ p̃latorũ, put consuetudo regni Angliæ obtinet, captis et carceri mãcipatis, p̃ breue regiũ demãdatur ep̃is, q̃ si sic capti de stãdo mandatis ecclesiæ et parẽdo iuri cautionẽ exhibeant, ipsos a quib⁹ detinẽt̃ carceribus faciãt liberari. Alioquin si ep̃i hoc nõ fecerint, sicut ante debitã satisfactionẽ nec possunt, nec de iure tenẽtur, vicecomitibus

tibus aliud breue dirigatur, q̃ cautione huiusmodi ab incarceratis accepta eos liberent indilate, Suggesto insuper regię curiæ licet minus veraciter pro tali excommunicato incarcerato q̃ ipse paratus est mandatis ecclesiæ obedire.

Mandatur vicecomitibus vt incarceratum huiusmodi excommunicatum, partium ad quarum instantiam excommunicatur non habita mentione, a carcere liberent ac dimittant Ac quandoq; vt prius suggesto q̃ excõmunicati incarcerati pro tali cã quæ ad forum ecclesiasticum non pertinet, excommunicatione nodantur. Datur vicecomitibus in præceptis q̃ si p̃ causa huiusmodi et nõ alia excõmunicati et incarcerati fuerint, ipsos curent celeriter liberare, nec processib9 iudicũ eccl'iasticorũ sup cã excõicationis hmõi fides aliqua adhibet Sed sic excommunicati in supradictis casibus ad mandata et præcepta huiusmodi indebite liberantur, propter quæ ecclesiasticorum

sticorum iudicũ confunditur officium, dum laici claue ptãtis et scientiæ penitus destituti; quos sic tenet obsequendi necessitas: ꝙ de his quæ ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinent ipsis cognoscendi, vel imperandi prohibetur autoritas, falcem in messem nituntur mittere alienam: excommunicatorum ꝙꝫ sic liberatorum indebite communione nephanda tam vicecomittes et balliui liberantes eosdem, ꝙꝫ cæteri populares variꝫ ꝙꝫ fideles communicantes huiusmodi pestifere maculantur: et animarum inde grauia pericula tumulantur. Contra quæ proui dere zelantes, statuimus ꝙ excommunicati capti in nostra prouincia sic exeũtes a carcere contra libertates et consuetudines ecclesiæ anglicanæ ad ipsorum maiorem confusionẽ et ruborem solemniter in locis insignibus: pulsatis campanis: candelis accensis, excommunicati publice denuncientur: ac ipsorum commercium ad eorum commodũ et fideliũ

communio

communio inhibeatur omnino. Communicantesq; cum eisdem illicite censura ecclesiastica sine delectu acriter puniantur.

Idem.

QVia diuinis et seculi legibus prohibetur: ne de rebus ecclesiasticis disponendi laicis sit facultas, vsurpationis illius contumelia longius noscitur depellenda: qua quidem nostræ prouinciæ ecclesiarum parochiani, suæ ptãtis ignorantes terminos limitatos seu arroganter potius non seruantes: arbores ac herbas in ecclesiarum ac capellarum nostrę prouincię cimiteriis crescentes suę voluntatis arbitrio prosternẽtes, ac etiám euellentes seu metentes, præter et contra voluntatem rectorum aut vicariorum ecclesiarum aut capellarum huiusmodi, seu custodum deputatorum per ipsos eas suis aut ecclesiarum vel aliorum vsibus ausu sacrilego applicare noscuntur: vñ et animarum pericula, cõ

tentiones et scandala grauia inter eccle-
siarum prelatos et parochianos eorum
quasi quotidie suscitantur. Præsentis au
toritate consilij declaramus temerarios
huiusmodi contẽptores maioris excom
municationis sententijs latis tam in cõ-
stitutione Othoboni quondam aposto-
licæ sedis legati in Anglia (quæ incipit:
Ad tutelam) promulgata, & in consilio
Oxoñ. contra violatores ecclesiasticæ
libertatis existere inuolutos. Quos post
vsurpationem in his de cetero factam
illicite excommunicatos fore precipim⁹
rite et canonice publice nunciari per
rectores, aut vicarios, qui ecclesias suas
offensas senserint ex præmissis: ac vsur-
patores prædictos in eorum confusionẽ
et ruborem a communione fidelium
decernim⁹ repellendos, donec pro præ-
missis effectualem emendam offerant
et fecerint competenter.

Ex responsionibus regiis.

Sciatis

SCiatis q̄ cum dudum et infra.
SPlacet domino regi ne districtiones decetero fiāt in feodo ecclesiæ, nec in via regia, nec in fundis quibus olim ecclesiæ, sunt dotatę; in possessionibus tamen a personis ecclesiasticis perquisitis possūt fieri districtiones prædictę. Item clericus pro felonia fugiens ad ecclesiam pro immunitate habenda, asserens se esse clericum, non compellitur regnum abiurare, sed legi regni se reddens, gaudebit ecclesiastica libertate, iuxta laudabilem consuetudinem regni hactenus visitatam. Item appellatori in forma debita tanq̄ clerico per ordinarium petito libertatis ecclesiasticę beneficium non negatur.

Stephanus.

CVm viris religiosis et infra. Decernimus vt nec monachus, nec canonic⁹ regularis ecclesiā, maneriū, prædiū, vel quodlibet aliud eccl'iæ suæ audeat ad firmā retinere.

Districti

Districtius etiam inhibemus ne alicui monacho, vel canonico regulari, qui nõ sit alias obedientialis custodia manerij committatur: ita ꝙ ex ipsius longa mora, vel conuersatione scandalum oriatur ꝙ si contra prę sumptum fuerit: per superiorem emendetur. Item viri religiosi non capiant ecclesiam ad firmam: in qua sibi aliquid iuris vendicent saltem post mortem personę: ꝙ si fecerint superioris arbitrio puniantur.

Idem.

PRęsenti decreto statuimus: ne clerici beneficiati aut in sacris ordinibus constituti villarum procuratores ad mittantur: videlicet vt sint seneschalli aut balliui talium administrationum: occasione quarum laicis in reddendis rationibus obligentur: nec iurisdictiones exerceant seculares, presertim illas quibus iudicium sanguinis est annexum. His quoq; duximus adiungendum: ne scilicet

cet iudicium sanguinis in locis sacris tractetur, in ecclesia videlicet, vel in cimiterio. Autoritate quoq; consilij districtius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, vel in sacris ordinibus constitutus: literas pro pœna sanguinis infligenda scribere vel dictare presumat, vel vbi iudicium sanguinis tractatur, vel exercetur interfit. Nouerint enim huiusmodi se ecclesiastica protectione indignos; cum per eos in ecclesia dei per talia presumpta scandalum generetur.

¶ *Explicit liber tertius. Sequitur quartus.*

De sponsalibus et matrimonio.

walterus.

MAtrimoniũ, ſicut alia ſacramẽta, cũ honore et reuerẽtia de die, et in facie eccl'ię nõcũ riſu et ioco, et cõtemptu celebretur. In matrimonio quoq; cõtrahendo ſẽper tribus dieb⁹ dominicis vel feſtiuis a ſe diſtãtib⁹, quaſi trib⁹ edictis p̃ quirãt ſacerdotes a populo de immunitate ſpõſi et ſpõſæ. Si quis autẽ ſacerdos hmõi edicta non ſeruauerit, pœnam nuper in conſilio ſuper hoc ſtatutam non euadat. Prohibeant etiam preſbiteri frequenter matrimonium contrahere volentibus, ſub pœna excõmunicationis, ne dent ſibi fidem mutuo de matrimonio contrahendo, niſi in loco celebri, coram publicis et pluribus perſonis ad hoc conuocatis.

De deſponſatione impuberum.

Edmundus.

Vbi

VBi non est consẽsus vtriusq;,nõ est coniugium,Igitur qui pueris dant puellas in cunabulis nihil faciunt, nisi vterq; puerorũ, postq; venerit ad tempus discretionis, consentiat Huius ergo decreti autoritate inhibemus,ne decetero aliqui quorũ vterq; vel alter ad ætatem legibus constitutam ,et canonibus determinatã nõ peruenerit,cõiugantur; nisi vrgente necessitate pro bono pacis talis coniunctio toleretur.

De clandestina desponsatione.

Simon Niepham.

QVia ex contractibus matrimonialibns absq; bannorum editione præhabita initis,nonnulla pericula euenerũt et manifestũ est indies pronire : omnibus et singulis suffraganeis nostris præcipimus statuendo, q̃ decretalem cum inhibitio,qua prohibetur ne qui matrimonium contrahant bannis non

non præmissis in singulis ecclesijs parochialibus suæ diocesis pluribus diebus solemnibus, cum maior populi affuerit multitudo exponi faciant in vulgari: et eam firmiter obseruari quibusuis sacerdotibus, etiam non parochialibus, qui contractibus matrimonialibus ante solemnem edictionem bannorum initis præsumpserint interesse: pœnam suspensionis ab officio per triennium infligendo: et huiusmodi contrahentes, etiam si nullum subsit impedimentum, pœna debita percellendo. Quiuis etiam sacerdos siue secularis siue regularis extiterit, qui solemnisationem matrimonij extra ecclesiam parochialem, absq; episcopi diocesani speciali licentia, celebrare presumpserit, aut eidem interesse, per annum integrum ab officio sit suspensus.

Ioannes Stratforth.

HVmana concupiscentia et infra. Presentis autoritate consilij statuimus, q; exnūc matrimonia contrahentes

hentes: et ea inter se solemnisari faciẽtes; quęcunq; impedimenta canonica in ea parte scientes, aut pręsumptionem verisimilem eorundem habentes: Sacerdotes quoq; qui solemnisationes matrimoniorum prohibitorum huismodi, seu etiam licitorum inter alios q; suos parachianos imposterum sciẽter fecerint, dioceſanorum, vel curatorum ipſorum contrahentium ſuper hoc licentia non obtẽta: Clandeſtina etiam matrimonia eccleſijs, oratorijs, vel capellis ſolẽnisari vi, vel metu imposterum facientes: ac matrimoniorum prędictorum huiuſmodi ſolemniſationi intereſſentes, conſcij prędmiſſorum maioris excõmunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. Et q; quater annis ſingulis in genere excommunicati publice nũcientur: pœniſq; aliis contra celebrantes matrimonia bannis non editis, vel alias clandeſtine ſtatutis a iure nihilominus arceantur. Sane quia cõſtitutio bonę memorie Symonis

Mepham

Mepham quondam cantuarien. Archiepiscopi prædecessoris nostri ꝓximi quę incipit: Item quia ex contractibus: iuxta verborum suorum corticem opinione multorum in sui fine videtur dubia seu obscura, ipsam constitutionem reddere pro futuro cupientes indubiam, eam sic intelligendam fore hoc approbante consilio declaramus: ꝙ quiuis sacerdos secularis, vel regularis, qui solemnisationi matrimonij extra parochialem ecclesiam, vel capellam habentem iura parochialia sibi competentia ab antiquo interesse pręsumpserit: pœnam in ea latã subeat ipso facto.

¶ *Et hæc de quarto libro. Sequitur quintus.*

De accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus

Edmundus.

SInt in quolibet decanatu duo vel tres viri deum habentes prę oculis: qui excessus publicos pręlatorum et aliorum clericorum

clericorum ad mandatū archiepiſcopi, vel eius officialis, ipſis denuncient.

De ſymonia Stephanus in conſilio Oxonienſi.

FIrmiter inhibemus ne cuiq; pro aliqua pecunia denegetur ſepultura, vel baptiſmus, vel aliquod eccleſiaſticum ſacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impediatur. Quoniam ſi quid pia deuotione fideliū cōſuetum fuerit erogari, ſuper hoc poſtmodum volumus per ordinarium loci eccleſiæ iuſticiam fieri: ſicut in generali conſilio expreſſius eſt ſtatutum. Abſonum etiam iudicamus q̄ decetero pro chriſmate et oleo aliquid exigatur, vel erogetur : cum totiens hoc prohibitum reperiatur. Si quis vero contra hoc facere pręſumpſerit, anathemate ſit innodatus.

Idem.

Prete-

PRæterea statuimus consilio presenti approbante: vt nullus de cœtero pro receptione alicuius in religionis domũ, pecũiã vel aliud quicq̃ ab eo extorquere presumat, adeo vt si pro paupertate domus ingrediens debeat vestire seipsum, prætextu vestium nihil vltra iustum precium ab eo penitus recipiatur.

Edmundus.

PRætetea venalitatem missarum districte inhibentes præcipimus ne pro annalibus, vel tricennalibus missarum faciendis laici vel alij quicq̃ dare vel legare præsumant in testamento. Et ne super hoc aliqua pactio vera, vel sub aliqua specie palliata a sacerdotibus vel alijs mediatoribus fiat prohibemus. Et ne superflua multitudine talium annalium quandoq̃ se onerent sacerdotes, ad quæ explenda honeste sufficere non possunt, et propter quæ opz ipsos sub certo precio conductitios habere

te ſacerdotes, vel ea vendere alijs faci-
enda, vt ſe exonerent. Id de cœtero fie-
ri ſub pœna ſuſpenſionis inhibemus.

Idem.

NVlli liceat eccleſiam nomine dota-
litatis ad aliquem tranſferre vel pro
præſentatione alicuius perſonę pecuni-
am, vel aliquod aliud emolumentū pac
to interueniente recipere. Quod ſi quis
fecerit, et in iure cōuictus fuerit, vel cō
feſſ⁹, ipſum tam regia q̄ noſtra freti au
toritate patronatu eiuſdem eccleſię im-
perpetuum priuari ſtatuimus.

Ne prælati vices ſuas ab annuo cenſu concedant
Stephanus

VT omnis cupiditas et auaritiæ
cultus expellatur ab eccleſiæ
dei miniſtris, ſtatuimus vt ar-
chidiaconat⁹, vel decāatus vel aliquod
officium quod in ſpiritualibus mere cō
ſiſtit nulli detur ad firmā. Si vero cert⁹
reditus huic officio ſit annexus: ille de
ſuperioris licentia dare poſſit ad firmā
ſicut

sicut de alijs beneficijs est statutum. Si quis autem contra presens statutum nostrum venire præsūpserit, archidiaconus vel decanus, huiusmodive officium habens, et super hoc canonice fuerit conuictus, per episcopum suum a tali officio suspendatur per annum: et alius interim constituatur, qui discrete gerat vices illius.

¶ *De magistris et postestate docendi.*

Thomas Arondel.

REuerẽdissimæ sinodo et infra. Similiter quia id quod noua testa capit inueterata sapit: Statuimus et ordinamus, ꝙ magistri sint quicunq; docentes in artibus aut gramatica pueros, seu alios quoscunq; in primitiuis scientiis instruentes de fide catholica, sacramento altaris, seu aliis sacramentis ecclesiæ, aut materia aliqua theologica, contra determinata per ecclesiam se nullatenus intromittant, instruendo

do eosdem: nec de expositione sacræ scripturæ, niſi in exponẽdo textum, pro vt antiquitus fieri consueuit. Nec permittant scholares suos siue discipulos de fide catholica seu sacramentis ecclesiæ publice disputare etiam vel occulte: contrarium autem faciens, vt fautor errorum et scismatũ, per loci ordinarium grauiter puniatur. *Idem.*

QVia insuper noua via frequenti⁹ seducit q̃ antiqua volumus et ordinamus, ꝙ nullus libellus siue tractatus per Ioannem wiclif, aut alium quemcunq; tempore suo, vel citra nouiter compositus, siue imposterum componendus amodo legatur in scholis, aulis, hospitiis, siue aliis locis quibuscunq; infra nr̃am puinciã antedictã, siue secundũ ip̃m doceat̃. Niſi per vniuersitatem Oxonien̄. aut Cantabrigiensem saltem per xii. personas ex eisdem, quas eædem vniuersitates, aut ipsarum altera sub nostra, successorum ve nostrorum

rum

rum discretione laudabili duxerint eligendas primitus examinetur, et examinatus vnanimiter per easdem, deinde per nos seu successores nostros expresse approbetur, et vniuersitatis nomine et autoritate stationarijs tradatur vt copietur: et facta collatione fideli petentib⁹ vendatur iusto precio, siue detur: originali in cista aliqua vniuersitatis extunc perpetuo remanēte. Quod si quis libellum aut tractatum huiusmodi in scholis aut alibi, vt supra, legerit siue secūdum ipsum docuerit contra formam supradictam, vt seminator scismatis atq; fautor hæresis prout delicti qualitas flagitabit puniatur.

Idem.

PEriculosa res est testāte beato Hieronimo textum sacræ scripturæ de vno in aliud idioma transferre: eo q̄ in ipsis translationibus non de facili idem sensus in omnibus retinetur: prout idem beatus Hieronimus, et si inspiratus

ſpiratus fuiſſet, ſe in hoc ſæpius fatetur erraſſe. Statuimus igitur et ordinamus, vt nemo deinceps textum aliquem ſacrę ſcripturæ autoritate ſua in linguam anglicanam, vel alium tranſferat per viam libri, vel libelli, aut tractatus. Nec legatur aliquis huiuſmodi liber, libellus, aut tractatus tam nouiter tempore dicti Ioannis wyclif, ſiue citra compoſitꝰ, aut imposterum cõponẽdus, in parte, vel in toto publice, vel occulte ſub pœna maioris excommunicationis: quouſqꝫ per loci dioceſanum, ſeu ſi res exegerit, per conſilium prouinciale ipſa tranſlatio fuerit approbata. Qui vero contra hoc fecerit, vt fautor hæreſis, vel erroris ſimiliꝫ puniatur. *Idem in eodem.*

PRæterea cum terminis philoſophicis aut alijs humanitus adinuentis concludi non poterit omnium terminator: beatuſqꝫ Auguſtinꝰ veras cõcluſiones, quę religioſarum aurium fuerant offenſinæ ſæpius reuocauit: Statui-

mus, et ſub obteſtatiõe diuini iudicij inhibemus ſpecialiſſime, ne quis, vel qui cuſcunq; gradus, ſtatus, aut conditionis exiſtat, concluſiones, aut propoſitiones de fide catholica aut bonis moribus aduerſe ſonantes: præter neceſſariam doctrinã facultatis ſuę in ſcholis aut extra diſputãdo, aut communicando proteſtatione præmiſſa, vel non præmiſſa aſſerat, vel proponat: etiamſi quadam verborum aut terminorum curioſitate defendi poſſint. Nam teſte beato Hugone, de ſacramẽtis ſępiꝰ quod bene dicitur non bene intelligitur. Si quis autẽ poſt publicationem præſentium huiuſmodi concluſiones, aut propoſitiones conuictus fuerit ſcienter propoſuiſſe, ſeu aſſeruiſſe: niſi monitus ſe correxerit infra menſem: autoritate prȩſentis conſtitutionis maioris excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto: et pro excommunicato publice nuncietur: donec in loco, vbi ſic ꝓpoſuit, aut aſſeruit

publice

publice ſuum delictum fateatur: et verū catholicum, intellectum eiuſdem concluſionis, ſeu propoſitionis ad arbitriū ordinarij publice prædicauerit in vna eccleſia aut diuerſis: prout ipſi ordinario videbitur expedire.

De hæreticis et ſciſmaticis.

Thomas arondel in conſilio oxonienſi.

REuerendiſſimæ iinodo et infra. Statuimus decernimus, et ordinamus: q̄ nullus ſecularis aut regularis ad prædicandum verbum dei a iure ſcripto minime autoriſatus, priuilegioue ſpeciali munitus, officium ſeu exercitium prædicationis eiuſdem verbi dei in ſe aſſumat: populoue, aut clero quouiſmodo p̄dicet in latino ſermone, ſiue vulgari in eccleſia, aut extra: niſi primo dioceſano illius loci: in quo prædicare ſic nititur, ſe præſentet, et examinationem ſubeat. Sicq̄ deinde, tam moribus, q̄ ſcientia repertus idoneus,

per ipsum diocesanum ad prædicandū mittatur ad aliquam certam parochiam, vel ad plures, prout eidem ordinario, secundum qualitatem personę, videatur expediens. Nec etiam aliquis præmissorum prædicare præsumat: nisi de missione aut autorisatione sua primo fiat fides in forma competēti, ita videlicet vt ille qui de iure scripto autorisatus est, veniat in forma limitata in eo: et qui de priuilegio speciali venire se asserunt: ipsum priuilegium rectori aut vicario loci vbi prædicant realiter exhibeant: qui vero per locorum diocesanos se missos fore pretendunt, ipsius diocesani literas sub sigillo suo magno ad hoc sibi confectas similiter ostendant. Curatum vero perpetuum missum intelligimus a iure ad locum et populum curæ suæ. Si tamen præmissorum quisq; propter errores aut hæreses, quos ante prædicasse asseruisse, aut docuisse prætenditur, per loci diocesanum, aliumue superiorem a prædicati-

prædicatione huiusmodi suspensus fuerit siue prohibitus, extunc de prędicando alicubi in nostra prouincia antedicta nullatenus se intromittat: donec ad ipsius suspendentis siue prohibentis iustū arbitrium defectum suum purgauerit; et ad prędicandum legitime fuerit restitutus: super quo literas testimoniales ipsius restituentis ad locum quemcunq; in quo postea prędicabit secum deferre, et modo supradicto realiter exhibere teneatur. Sacerdotes vero parochiales seu vicarij temporales, et non perpetui in forma supradicta non missi in ecclesijs illis in quibus huiusmodi officia gerunt: illa sola simpliciter prędicent vna cum precibus consuetis quę in constitutione prouinciali a bonę memorię Ioanne prædecessore nostro bene et sancte in suppletionem ignorantię sacerdotū, edita, quæ incipit: Ignorantia sacerdotum. &c. continentur expresse: quam in singulis nostrę cantuariensis prouin

cię eccleſiis infra tres menſes, publicatiõnem pręſentium haberi volumus. &c. prout ipſam poſtulat annis ſingulis et temporibus per ipſos ſacerdotes effectualiter declarari. Et ne hoc ſalubre ſtatutum ratione exactionis pecunię, difficultatisue alterius tendere videatur ad noxam: Volumus et ordinamus ꝙ examinatio perſonarum, de qua ſuperius fit mẽtio: ac literæ dioceſani faciendę eiſdem ſine aliquali exactione pecuniæ per ipſos quorum intereſt et ad quos ſpectare et pertinere dinoſcitur celerit ex pediãtur, et gratis difficultate quacunq; ſemota. Si quis autem hoc executiuum noſtrum iuris antiqui ſtatutum poſt publicationem eiuſdem ſcienter violare præſumpſerit: contra formam in eodem deſcriptam, ſua temeritate propria prædicando: ſentẽtiam maioris excommunicationis incurrat ipſo facto: cuius abſolutionem nobis et ſucceſſoribus noſtris tenore pręſtẽium ſpecialiter reſeruam⁹:

ꝙ ſi

q̄ si prædicator huiusmodi hoc salubri statuto contẽpto: ipsamq̄ maioris excõ municationis sententiã minime ponderans, se secundo ingesserit prædicãdo, dicendo, asserando, pertinacirerue verbo aut facto innuendo, non posse per ecclesiã in personis prelatorum eiusdem sic statui sententia excommunicationis prædicta per superiores locorũ, aggraue tur contra eos debite, et inhibeatur eisdem omnis communio christi fideliũ, ac sup hoc legitime conuicti, nisi resipiscãt, et abiurauerint in forma ecclesiæ cõsueta, p̄ loci ordinariũ p̄ hereticis declarent̃: et extũc p̄ hæreticis et scismaticis ab omnibus reputẽtur ad omnẽ iuris effectũ: heræsisq̄ et scismatis pœnas iure exp̄ssas in currãt ipso facto: et p̄sertim vt bona eorũdẽ ipso iure cẽseant̃ cõ fiscata et ab illis quorũ int̃ est occupent̃. Ip̄sorũq̄ fautores, receptores defẽsores: si p̄ superiores suos in hac parte legitime moniti nõ destiterint: infra mensẽ super

hoc

hoc conuicti: ſimili pœna in omnibus percellantur. Præterea nullus clerus aut populus cuiuſcunq; parochiæ aut loci noſtræ cantuarienſis prouincię aliquem in eccleſiis, cymeteriis, aut alijs locis quibuſcunq; ad prædicandum admittat: niſi prius de autoriſatione, priuilegio, aut miſſione eiuſdem: iuxta formam prędictam facta fuerit fides. Alioquin eccleſia cimiterium, aut locus quicunq; in quo ſic prædicatum fuerit ipſo facto ſubiace at eccleſiaſtico interdicto. Sicq; maneat interdictus, quouſq; ipſi ſic admittentes, ſeu prædicare permittentes ſe cõgrue emendauerint: et per dioceſanum, ſeu alium ſuperiorem ipſum interdictum obtineant in debita forma iuris relaxari. In ſuper ſicut bonus paterfamilias triticum diſpergit in terram ad hoc diſpoſitam, vt fructum plus afferat: Volumus et mandamus vt prædicator verbi dei veniens iuxta formam ſuperius annotatã, in prædicando clero ſeu populo ſecundum

dum materiam ſubiectam honeſte ſe habeat: ſpargendo ſemen ſecundum conuenientiam ſubiecti auditorij: clero preſertim prædicans de vicijs pullulantibus inter eos: et laicis de peccatis inter eos cõmuniter viſitatis: et non econtra. Alioquin ſic prędicans ſecundum qualitatem delicti per loci ordinarium canonice et acriter puniatur.

Idem.

ITem quia turpis eſt pars quę non cõuenit ſuo toto: decernimus et ordinamus, vt nullus prædicator verbũ dei, aut alia quæuis perſona de ſacramento altaris, matrimonio, peccatorum confeſſione, aliove quocunq; ſacramento eccleſię, ſeu fidei articulo aliud doceat, prędicet, aut obſeruet, q; quod per ſanctam matrem eccleſiam reperitur diſcuſſum. Nec vertat in dubium quod per eccleſiã determinatum fuerit aut deciſum. Nec verba ſcandaloſa circa eadem proferat ſcienter publice, vel occulte; ne q; ſectã

aut

aut ſpeciem hæreſis quamcunq; prædicet, doceat, vel obſeruet contra ſanam doctrinam eccleſiæ. Qui autem contrarium poſt publicationē, prælentiū ſcienter, et pertinaciter attentare preſumpſerit: excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto, a qua, excepto mortis articulo, minime abſoluatur: niſi abiuratione premiſſa de hæreſi generaliter, vel ſimpliciter in forma eccleſiæ cenſueta ad arbitrium ordinarij, in cuius territorio conuincitur deliquiſſe, ſe correxerit: et de hac pro commiſſis pœnitentiam receperit ſalutarem: q; ſi ſecundo ſe ingeſſerit, ſic q; recidiuauerit, vel relapſus fuerit, conuictus legitime pro hæretico et relapſo ſētentialiter declaretur: et ipſius bona pro confiſcatis habeātur: et ab illis quorum intereſt occupentur. Pœnitentiam vero, de qua ſit mentio ſuperi⁹, volumus eſſe talem, q; ſi quis contrariū determinatis per eccleſiam, videlicet in decretis, decretalibus, ſeu conſtitutionibus

bus nostris prouincialibus, siue quamcunq; hæresis speciem siue sectam publice, vel occulte docuerit, prædicauerit, seu asserueri: in ecclesia parochiali ipsius loci in quo sic prædicauerit, docuerit, seu asseruerit: vno die dominico, vel alio solemni, pluribusue, ad ipsius ordinarij loci arbitrium, prout magis aut minus conuincitur deliquisse. Ipsa q; prędicata docta, siue affirmata reuocabit expresse infra missarum solẽnia: cum maior affuerit populi multitudo: et ipsa determinata per ecclesiam prædicabit, docebit, et recitabit effectualiter sine fraude: vlteriusq; punietur iuxta sui demeriti qualitatem: quatenus discretioni ordinarij videbitur expedire.

Idem.

NVllus quoq; de articulis terminatis per ecclesiam, prout in decretis, decretalibus, et constitutionibus nostris prouincialibus, siue locorum synodalibus continetur: nisi

niſi ad habendum verum intellectum eorundem publice, aut occulte diſputare præſumat: aut autoritatem eorundē decretorum, decretalium, et conſtitutionum prouincialium, poteſtatemve con dentis eadem in dubium reuocet: ſiue contra determinationem eorum doceat et præſertim circa adorationē crucis glorioſæ: imaginum ſanctorum venerationes, ſeu peregrinationes ad loca, aut reliquias eorundem aut contra iuramenta in vtroq; foro, eccleaſtico videlicet et temporali in caſibus conſuetis et more ſolito præſtanda: ſed ab omnibus deinceps doceatur cōmuniter, atq; prædicetur crucem, et imaginē crucifixi, cæteraſq; imagines ſāctorū in ipſorū memoriā et honorem quos figurant: ac ipſorum loca et reliquias, proceſſionibus, genuflexionibus, inclinationibus, thuſificationibus, deoſculationibus, oblationibus, luminarium accenſionibus, et peregrinationibus; nec non aliis quibuſ-

buſcuꝫcꝫ modis et formis: qnibus noſtris et prædeceſſorum temporibus fieri conſueuit, venerari debere; ac iuramenta tactis ſacroſanctis dei euangeliis, et ſuper ipſis in caſibus in iure permiſſis et expreſſis in vtrocꝫ foro viſitatis ab omnibus quorum intereſt legitime forepræſtanda. Contrarium autem aſſerens, docens, prædicās, aut pertinaciter innuens: nili reſipiſcat ſub modo et forma alias per nos ſtatutis: et abiuret vt ibi cauetur: pœnas hęreſis et relapſi in euentum incurrat, et pro tali ad omnem iuris effectum ſententialiter declaretur.

Idem.

FInaliter, quia ea quę de nouo et inſolite emergunt nouo et maturo indigent auxilio: et vbi maius periculū eſt ibi cautius eſt prouidendum, et fortiu reſiſtendum, nec iniuſte minus nobile diſcrete abſcinditur, vt quod nobilius eſt perfectius nutriatur: Conſiderantes

rantes igitur et dolenter referentes, quomodo alma vniuersitas Oxonię: quæ sicut vitis abundans suos palmites fructuosos ad honorem dei, multiplicemq; profectū: et protectionē ecclesię suę diffundere consueuit: iam partim versa in labruscas, vuas acerbas gignit: quibus dudū indiscrete comestis a pluribus, in lege videlicet dei reputantibus se peritos: dentes obstupescūt filiorum: nostraq; prouincia varijs et infructuosis doctrinis inficitur: ac nouo damnabili lollardię nomine maculatur: in ipsius vniuersitatis scandalum non modicum ad partes exteras et remotas existentium et proficientium in eadem per maximum tædium; nec non ecclesię anglicanę quæ per virtuosam doctrinam eiusdem, tanq; muro inexpugnabili defendi solebat: iam scissis, et diuisis lapidibus, nisi celerius occurratur: secundum verisimile damnū irrecuperabile.

Ad

Ad ſupplicationem igitur procuratorum totius cleri noſtræ cantuarienſis prouincię de conſenſu et aſſenſu omnium confratum et ſuffraganeorum noſtrorum, et aliorum prælatorum, in hac cleri conuocatione præſentium et procuratorum abſentium: ne purgato riuulo maneat fons infect⁹: et aquam ab eo currentem non ſinat eſſe clarum: Volentes honori et vtilitati ſanctæ matris eccleſiæ: et vniuerſitatis prædictæ ſalubriter prouidere: Statuimus et ordinamus, ꝙ quilibet gardianus, et præpoſit⁹, ſeu cuſtos collegij, aut principalis aulę, vel introitus cuiuſcunq; vniuerſitatis præfatę ſemel ſingulis menſibus ad minus inquirat diligenter in collegio aula, vel introitu cui præeſt: an aliquis, ſcholaris ſiue inhabitans in collegio, aula, ſiue introitu huiuſmodi aliquã concluſionem, ſiue propoſitionẽ, aut opinionẽ

in

in fide catholica: aut bonis moribus male sonantem contra determinationem ecclesiæ: præter necessariam doctrinam suæ facultatis asserverit, tenuerit, defensauerit, seu aliquo modo proposuerit. Et si super hoc aliquem suspectum, aut diffamatum reperiat: ipsum moneat effectualiter vt desistat: et si postea contra admonitionem huiusmodi iterato eadē vel consimilia reassumat: præter pœnas alias per nos statutas: maioris excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Et nihilominus si scholaris fuerit qui sic reassumpserit, quicquid extunc in eadem vniuersitate fecerit: non stet sibi pro forma. Et si doctor, magister, aut bacalari9 fuerit, eo ipso ab omni actu scholastico sit suspensus: et in vtro q3 casu ius quod habet in collegio, aula, vel introitu amittat ipso facto: et per ipsos gardianos, custodes, p̄positos, principales, siue alios ad quos hoc spectat realit expellatur: et statim via legitima sub-

stituatur

ſtituatur catholicus loco ſuo. Et ſi ipſi gardiani, præpoſiti, ſiue cuſtodes collegiorum, aut principales aularum, ſiue introituũ in quibus degunt huiuſmodi pſonę ſuſpectę, detectę, aut diffamatę negligentes fuerint circa inquiſitiones et executiones prędictorum per decem dies cõtinuos a noticiæ tempore veræ, vel præſumptæ publicationis preſẽtium, eo ipſo ſententiam maioris excommunicationis incurrant. Et nihilominus omni iure quod in ipſis collegiis, ſiue aulis, ſiue introibus ſe habere prætendunt, ipſo facto ſint priuati: et ipſa collegia, aulæ, vel introitus effectualiter vacent. Et facta ſup hoc legitima declaratione, per ipſos quorũ intereſt, noui ſubſtituantur gardiani, cuſtodes, præpoſiti, ſeu principales, put ſecũdũ antiquũ morẽ vniuerſitatis prædictæ vacãtibꝰ collegiis, aulis, ſiue introibus fieri conſueuit. Quod ſi ipi cuſtodes, præpoſiti ſiue gardiani, vel principales prædicti de et ſuper huiuſ-

modi conclusionibus, aut propositionibus diffamati suspectiue fuerint, aut detecti: seu defẽsores, protectores, aut fautores eorundem: si per nos, vel autoritate nostra, vel per loci ordinarium autoritate sua moniti non desistant: extunc omni priuilegio scholastico vniuersitatis prædictæ, et iure quod sibi competebat in huiusmodi collegio, aula siue introitu præter alias pœnas de quibus supradictum est, ipso iure priuentur. Et sententiã insuper maioris excommunicationis incurrant. Quod si quis in aliquo casu, præsentis constitutionis vltimæ: alioue quocunq; superius expressato, statuta nostra huiusmodi in aliqua sui parte, etiam si pœna alia ibidem expresse limitetur, temere et pertinaciter violare præsumpserit: eoipso ad quodcũq; beneficium ecclesiasticum in nostra cantuariensi prouincia obtinendum per triennium extunc absq; spe veniæ reddatur inhabilis

lis et indignus omnino: et nihilominus iuxta ſua demerita, et qualitatem exceſſus, ſecũdum ſui ſuperioris diſcretionẽ, canonice puniatur. Ad hęc ne in modo procedendi circa præmiſſa vagare videamur ſub incerto: aduertentes, q̃ licet inter crimen hæreſis & lęſæ maieſtatis in legibus diuerſis quędam paritas reputetur, et tamen diſſimilis culpa: pœnamq̃ exigit grauiorem diuinam q̃ humanam offendere maieſtatem: Cum ergo reum lęſæ maieſtatis propter pericula quę ex dilatione poterunt imminere ſufficit conuincere per iudicia: procediq̃ poterit contra eum ſummarie de plano, ac citatione præmiſſa per nuncium, per literas, ſiue per edictum: et lite non conteſtata ad receptionem teſtium et diffinitiuã ſententiam: volumus, ordinamus, et declaram⁹ obfaciliorẽ punitionẽ delinquentium in præmiſſis, et reformationẽ ſciſſuræ eccleſiæ ex hoc leſæ: q̃ diffama-

ti detecti, siue denunciati, siue vehemen ter suspecti in aliquo casuum prædicto= rum: siue alio articulo quocunq; in fide catholica, aut bonis moribus male so= nante, autoritate loci ordinarij, alteriusue superioris citentur personaliter, si appre= hendi, poterunt, per literas, siue per nun= cium iuratum. Si autem, per edictum ad locum habitationis ipsius delinquē= tis, vbi morari communiter consueuit: et in ecclesia sua parochiali, si certū habu= erit domicilium publice propositum. A= lioquin in ecclesia cathedrali loci origi= nis sue: et in ecclesia parochiali illius loci in quo sic prædicauerunt, et docuerunt: ac recepto certificatorio legitimo de ci= tatione huiusmodi executa, contra sic ci= tatum etiam absentem et comparere neg ligentem: in pœna contumacię sue hu= iusmodi summarie et de plano absq; stre pitu et figura iudicij, ac lite non contesta ta ad testium receptionem et alias pro= bationes canonicas procedatur. Habi=

ta q;

iacꝫ informatione legitima, idem ordinarius omni dilatione ſemota: ſẽtentiet, et declaret, puniatq; ſecundum qualitatẽ dilicti modo et forma ſuperius expreſſatis, vlteriuſq; faciat quod eſt iuſtum: ipſius contumacis abſentia non obſtante.

De apoſtatis. Ioannes pecham.

PRęterea ſunt non nulli, quos apparet per facti euidentiam ſeculum intendere perpetuo relinquere: et per certa indicia in clauſtri excubij velle toto ſuo tempore militare. Qui tamen pręualente in eis carnali deliderio, redeunt ad vomitum, ſeculum repetẽtes, inter fidera errantia computandi. Quãuis igit iura manifeſte diffiniant eos non poſſe religionem omnino deſerere, quin ſaltem in religione aliqua perpetuo maneant laxiori: Quidam tamen cum attrite frontis audacia apoſtaſiæ infamiam nõ verentes, poſtq; abſolute ſe velle ſeculũ relinquere oſtenderint: relicta Hieroſolima redeunt in Aegyptũ. Quocirca ſtatuimus

tuimꝰ q̃ ordinarij̃ locorũ tales cũ omni diligẽtia inuestigent, et per subtractionẽ tam officij̃ q̃ beneficij̃ ecclesiastici: si quod habeant, ad statum pristinum reuocent: vel ad laxiorem cogant regulam pertransire. Quod si sint laici huiusmodi apostatæ, vt ipsi ad salutis suę studia redeant per censuram ecclesiasticam cõpellantur: hanc autem ordinationem ad illos non extendimus, cum quibus sedes apostolica aliter ordinauit.

De his qui filios occiderunt. Edmundus.

FEminæ commoneantur, vt pueros caute alant, et iuxta se in nocte non collocent teneros: ne opprimantur. Solos in domibus vbi ignis fuerit, vel solos iuxta aquam sine custode non relinquant, et hoc omni die dominico eis dicatur.

De homicidio.

Idem.

Si

SI mulier mortua fuerit in partu: et hoc bene constiterit, scindatur, si infans viuere credatur: procurato tamen, ꝙ os mulieris apertum teneat.

Idem.

SAcri prouisione consilij statutum est, ꝙ si patroni, aduocati, aut feudatarij, seu vicedomini, rectorem ecclesiæ, vicarirum, vel clericum ipsius ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nephario præsumpserint: patroni patronatū, aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, vicedomini vicedominatum prorsus amittant, et posteritas talium in collegium clericorum vsq; ad quartam generationē nullatenus assumatur, nec in regularibus domibus alicuius prelati assequatur honorem, et hoc volumus sæpius in ecclesijs denunciari.

De furtis. *Stephanus.*

De furtis.

PRohibemus sub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum in seruitio suo retineat, nec eos scienter in terris suis habitare permittat.

De clerico venatore. Bonifacius.

STatuimus, vt si quis clericꝰ de trãsgressione foreste, aut parci alicuius diffamatus fuerit, et cõuictus legitime coram ordinario suo, vel confessus eidem: per suum diocesanum, si bona habeat, pro qualitate transgressionis grauiter redimatur. Et illi cui damnum, vel iniuria est illata, vel noxa, huiusmodi redemptio assignetur. Si autem non habeat bona, suus episcopus ipsum, pro ut culpa popoſcerit, grauiter puniat in persona: ne propter impunitatis fiduciam pateat præsumptoribus licentia delinquendi.

De eo qui furtiue ordines recepit.

Ioannes pecham.

Cum

CVm, ſecundum doctores theologos, militia clericalis ſeptem muniatur ordinib⁹, ſingulorum characteribus in anima cõſignatis, per ſingulos etiam accipiens augmẽtum gratię: niſi ordinati ficte ordinem recipiãt, ſeu crimine irretiti: expedit plurimum ipſos ordines minime recipere inculcatos; quoniam inculcatio reuerentiam minuit et gratiam: per conſequens quæ per irreuerentiam repercutitur ab ingratis. Contra dignitatem igitur tam reuerendiſſimi ſacramenti fore dinoſcitur: quinq; ſimul quatuor ſcilicet ordines non ſacros cum vno ſacro alicui vni homini exhibere. Vnde in nonnullis prouincijs alicui quatuor minores ordines non faciliter ſimul conferuntur: vt aſcendentes clerici ad Chriſti miniſteria, quaſi canticum graduum concinentes, cum probati extiterint in minoribus officijs, gradatim demum proficiant

ad

ad maiora. Quia igitur ex singulis eccle-
siis quę pia, quę religiosa, quęcp honesti-
ora sunt tenemur eligere, et ea tancp fa-
sciculum in angelorum mentibus colli-
gare: prȩcipimus, vt episcopi in his sequã
tur canonicas sanctiones: minores etiam
ordines, quando id potest fieri bono
modo pro sacramenti reuerentia den-
tur saltem aliquotiens combinati. Et re-
cipientes eos seu simul, seu singillatim in
vulgari lingua publice instruantur de
districtione ordinũ, officiorum, et cha-
racterum, ac de profectu gratię quę in
singulis ordinibus continetur, et digne
accedentibus augmentatur.

De excessibus prælatorum. Edmundus.

MOnemus rectores ecclesiarum ne
cappellanos annuos, sine causa
rationabili studeãt amouere: max-
ime si honestę fuerint conuersationis, et
laudabile de sua conuersatione habeant
testimonium. Sed si de incontinentia pa
rochi-

rochialis ſacerdotis ſcandalum ortum fuerit, cum circa hoc vigilans debet eſſe rector eccleſiæ, et ſi per famam, vel inquiſitionem epiſcopo de hoc prius conſtiterit ꝙ per rectoris denunciationem, tunc rector tanquam conſcius puniatur arbitrio ſuperioris. Et ſimiliter de vicariis eſt cenſendū, et tam rectores, et vicarios, ꝙ annuos ſacerdotes grauiter puniendos eſſe decernimus, niſi ſuper denunciatione exceſſuum, et præcipue incontinentię, in quibus notabiles clerici inuenti fuerint, in ſuis parochijs fuerint vigilantes.

De priuilegiis.

Ioannes pecham.

SAcramẽtū pœnitentiæ et infra. Sūt præterea nonnulli qui prætextu quorundā priuilegiorū generaliū a ſede apoſtolica obtentorum contra intentionẽ apoſtolicā, ſcilicet dantis priuilegi

uilegium, ſpreta autoritate pontificali, ipſorum pontificum irrequiſito beneplacito et aſſenſu, ingerunt ſe ſubditorũ eorundem confeſſionibus audiendis. Quorum præſumptiones volentes reprimere, vt tenemur: prohibem⁹ ſub pœna excommunicationis, ne quis decetero, abſq; epiſcopi licentia expreſſa, vel probabiliter preſumpta: confeſſiones audiat ſubditorum ſuorum: niſi in audiendis confeſſionibus a iuriſdictione ordinaria et dioceſano, et metropolitica expreſſo tenore ſui priuilegij ſit exemptus. Et qui contrarium facere præſumpſerint: procedatur contra eos, ſicut contra priuilegiorum temerarios abuſores.

De purgatione canonica. Stephanus.

CEterum et infra. Diſtrictius duximus inhibendum: ne archidiaconi, vel eorũ officiales, aut iudices aliquem ad ſuggeſtionem præeonum ſuorum ad purgationem compellant: niſi apud bonos et graues fuerit infamatu

famatus: nec in sua causa præsumant esse iudices et actores: videlicet cum in dubium venerit vtrum quod ab eis exigitur debeatur.

Bonifacius.

STatuimus et infra. Adhęc si clerici se canonice purgauerint super sibi impositis et obiectis: et laica potestas nihilominus bona occupet, vel occupata detineat eorundem: occupantes et detinentes bona huiusmodi: ad restituen dum ea per censuram ecclesiasticam compellantur.

Ioannes pecham.

CLerici pro suis criminibus detenti a publica potestate, et tandem pro conuictis ecclesiæ restituti, non faciliter liberentur, nec perfunctorie pro eis purgatio admittatur: sed cum omni iuris solemnitate, et cũ prouida maturitate oculos merito offendere non debeant regiæ maiestatis, seu quo-

quorumlibet aliorũ, quos exagitat ſtudium ęquitatis.

Ioannes ſtratforth.

ITem licet et infra. Statuimus q̃ decetero diffamati de criminibus ſeu exceſſibus, et de eis ſe purgare volentes, de vno decanatu in alium, ſeu ad loca ruralia vbi non inueniuntur victualia venalia et vitę neceſſaria, nullatenus pertrahantur. In indicendo vero purgatione diffamatis huiuſmodi epiſcopi, archidiaconi, et ceteri ordinarii, aut eorum officiales vltra ſexte manus pro fornicatione ſeu ſimili crimine. Pro grauiori ſiquidem vt pro adulterio, vel maiori vltra xii. manus compurgatorum numerũ non imponant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam contra facientes incurrere volumus ipſo facto.

De pœnis. *Bonifacius.*

ETernę ſanctio voluntatis et infra. Cũ ſępe cõtingat archiepiſcopos eõs, et alios prelatos inferiores p

literas

literas domini regis ad ſeculare iudicium euocari, vt ibi reſpondeant ſuper his, quę mere ad ipſorũ officia, et forũ eccleſiaſticum pertinere noſcunt̃, vt ſi forte clericos ad eccleſias et cappellas vacãtes ſeu non vacantes admiſerint, vel nõ admiſerint, rectores inſtituerint, vel nõ inſtituerint in eiſdẽ, ſubditos excõmunicauerint excõmunicatos denunciauerint, interdixerint, eccleſias dedicauerint, ordines celebrauerint, de cauſis mere ſpiritualibus cognouerint, vtputa decimis, et oblationibus, limitibus parochiarum, et ſimilibus, quæ nõ poſſũt ad ſeculare forũ aliquaten⁹ pertinere, ſiue etiã cognouerint de peccatis ſubditorũ, et eorũ exceſſibus, ſicut de periurio, fidei tranſgreſſione, ſacrilegio, violatione, aut ꝑturbatiõe eccleſiaſticæ libertatis, præſertim cũ ipſi us violatores nec nõ libertatũ ꝑturbatores ꝑ chartas dñi regis anglicæ eccleſiæ conceſſas in ſẽtẽtiã excõmunicationis incidant

cidant ipso facto. Et si inter clericos suos cognoscant, vel inter laicos conquerentes, et clericos defendentes in personalibus actionibus super contractibus vel quasi delictis, vel quasi etiam si personas ecclesiasticas ad mãdatum domini regis in foro seculari amerciatos non compulerint ad amerciamenta huiusmodi soluenda, seu ipsa non soluerint, p eisdem, si iurisdictionem suam in ecclesijs, vel capellis episcopatib9, seu monasterijs annexis per mortem prelatorum; aut cessionem vacantibus exercuerit canonicam et cõsuetam: Si qua huiusmodi fecerint, vel non fecerint pertinentia ad officia eorundem: Statuimus autoritate præsentis consilij, q̃ archiepiscopi et cœteri prælati non veniãt pro huiusmodi spiritualibus euocati. Cum iudicandi christos domini nulla sit laicis attributa potestas, apud quos necessitas manet obsequendi. Vt tamen honori regio deferatur; maiores prælati dominum regem adeant

adeant, vel ſibi ſcribant q̃ huiuſmodi mandatis regĩs parere non poteſt: abſq̃ periculo ſui ordinis. Et ſi forte dominus rex in ſuis attachiationibus, prohibitionibus, monitionibus, non de decimis, ſed de iure patronatus, non de fidementita ſeu periurio: ſed de catallis, non de ſacrilegio, vel perturbatione eccleſiaſticæ libertatis, ſed de tranſgreſſione ſubditorum ſuorum, et balliuorum, quorum correctiones ad ſe aſſerit pertinere fecerit mentionem: tunc intiment ei prælati prædicti, q̃ non de patronatu, catallis, ſeu alĩs ad forum ipſius pertinentibus, cognoſcũt, vel cognoſcere intendunt, ſed de decimis, peccatis, et alĩs mere ſpiritualibus ad officium, et iuriſdictionem eorum pertinentibus, et ad animarum ſalutem, monendo et rogando q̃ per ipſum non impediãtur in præmiſſis. Et nihilominus epiſcopus dñm regem adeat: et iterato moneat, vt ſuæ animæ ſaluti conſulat, et huiuſmodi mandatis omni-

no desistat, et si non destiterit: tunc ad denunciationem episcopi archiepiscopus, conuocatis duobus episcopis, vel trib⁹, vel pluribus, quos duxerit euocandos, si in prouincia extiterit: alioquin Londoniensis ep̃s tanq̃ ep̃orum decanus duobus ep̃is, vel pluribus sibi adiunctis dominũ regẽ adeant: et ipsũ moneant diligẽtius requirẽtes, q̃ mãdatis superseded at supradictis. Et si domin⁹ rex spretis huiusmodi exhortationib⁹, et monitionib⁹ et attachiationes huiusmodi, vel districtiones per se, vel per alios processerint, tunc vicecomites, et alij quicunq̃ balliui episcopos attachiantes, et distringentes per locorum diocesanos in forma iuris per excommunicationis, et suspensionis sententias arceãtur. Idem fiet si vicecomites, aut balliui ad attachiationes, et districtiones processerint pendentibus supradictis monitionib⁹, domino regi taliter faciendis. Et si vicecomites, vel balliui in sua duritia perseuerauerint: lo-

ca

ca in quibus cõmorantur, et terræ eorũ quas habent in prouincia cantuariensi, per locorum diocesanos ad denunciationem diocesani, in cuius episcopatu tales fiunt districtiones, interdicto ecclesiastico præsentis autoritate consilij supponantur Et si taliter attachiantes clerici fuerint, et beneficiati ab officio suspendantur. Et si in eorũ malicia perseuerauerint ad desistendum, et satisfaciẽdum per subtractionẽ prouentuũ beneficiorum suorum arceantur. Non beneficiati vero, per quinquenniũ si ad beneficium ecclesiasticum in prouincia cantuariensi præsentati extiterint minime admittãtur. Clerici vero qui breuia huiusmodi attachiationum seu districtionum dictauerint scripserint signauerint cõsilium aut auxilium dederint, seu adhibuerint canonice puniantur: nec aliqui præmissorum certa ratione suspecti ad aliquod beneficium ecclesiasticum, obtinendum: donec super his ca-

nonice ſe purgauerint, admittantur. Et ſi dominus rex competenter monitus, vel alia ſecularis poteſtas huiuſmodi attachiationes non reuocauerit, epiſcopus qui diſtrictus fuerit, terras, vicos, villas, et caſtra: quæ dominꝰ rex, vel alia ſecularis poteſtas in ſuo epiſcopatu obtinet eccleſiaſtico interdicto ſupponat. Et ſi rex vel alia ſecularis poteſtas in ſua duritia perſeueret: cęteri coepiſcopi diſtrictionem huiuſmodi quaſi cõem in omnium et etiam cõem iniuriam eccleſiæ reputãtes, ciuitates, terras dominicas, burgos, caſtra, et villas ipſius regis, vel alteriꝰ poteſtatis in ſuis epiſcopatibus exñtes præſentis autoritate conſilij eccleſiaſtico ſupponant interdicto. Et ſi nec ſic infra. xx. dies poſtmodũ attachiationes et diſtrictiones huiuſmodi rex reuocauerit, aut ob hoc manum contra eccleſiam aggrauauerit: archiepiſcopus, et epiſcopi ſuas dioceſes eccleſiaſtico ſupponant interdicto. Idem fiat de terris, caſtris, burgis,

regalia

regalia habentib9 in prouincia memorata. Et si aliquis episcoporũ in hac parte inuentus fuerit negligens, aut remissus, per suũ metropolitanũ grauiter arguatur, et si perseuerauerit in sua negligentia, canonice puniatur per eundẽ. Et nihilominus sua diocesis omnium prælatorum, et sua autoritate, et consensu in præsenti consilio adhibitis, ecclesiastico subiaceat in ꝑdicto. Et si forte ab aliquo episcopo, vel iudice ecclesiastico, vel inferiori prælato cõpulso per districtiones, vel spontanee comparente coram dño rege, vel iusticiarijs suis, vt allegat priuilegium fori: nisi in casu a iure permisso, vt eos moneat, vt a prędictis desistant iniurijs: exigantur acta processus sui, vt per ea appareat vtrum contra prohibitionem regiam in aliquo prædictorum casuum, vel consimilium processerit, vel petantur super his iuramenta, excusationes, vel purgationes nullo modo exhi-

beat acta, vel iuret cum instrumenta huiusmodi possint a partibus, vel aliqua partium si necesse fuerit exhiberi. Et si clericus fuerit qui propter hoc fuerit arrestatus: diocesanus taliter arrestati, vel impetiti clerici, vel archiepiscopus, aut episcopus Lōdoniēsis, tanq̄ episcoporū decanus cum aliquibus episcopis sibi associatis: sicut si fuerit episcopus arrestat⁹ requirat eum, et puniat detentores. Et si necesse fuerit in hoc casu, procedatur ad pœnas superius annotatas.

Idem.

AD hæc et infra. Quia frequenter accidit, q̄ nonnulli clerici, per laicam potestatem ecclesias occupant parochiales, vel præbendales etiā curam animarum habentes: et in eisdē, absq̄ autoritate ecclesiastica intrudūtur: Statuimus q̄ clericus sic per se, vel per laicam potestatem intrusus in ecclesia, vel præbenda seruata iuris forma excōmunicetur, et excommunicatus per loci diocesanum

diocesanum denuncietur, et illo beneficio imperpetuum careat ipso facto. Et si post latã sententiam in se, in intrusione huiusmodi animo pertinaci per duos menses perstiterit, per locorum diocesanos vbi habet alia beneficia ecclesiastica ad denunciationem illius episcopi in cuius dioceſi se intrusit, seu procurauit se intrudi, cuiusq; monitionem et excõmunicationem per dictum tempus contẽpserit, prouentus illorum beneficiorũ, quouscq; congrue satisfecerit, ei subtrahãtur omnimo. Et si per annum idem intrusus, in huiusmodi excõmunicationis sententia perseueraverit, extunc ad aliquod beneficium ecclesiasticum in prouincia cantuariensi minime admittatur. Si vero ad procurationẽ clerici fuerit intrusus, contra eundem procuratorem modo simili procedatur, et pœnis subiaceat supradictis. Si vero talis procurator laicus fuerit, in forma iuris excõicetur: et excõmunicatus publice nũcietur: dñs

aũt

autem absens citetur: q̃ si comparens ratificauerit factum cuiuscunq̃ procuratoris sui: hac parte pœnis subiaceat prælibatis. Si vero per cõtumaciam se absentet per spacium trium mensium expectatus, si sit in regno, maioris excommunicationis sẽtentia innodetur: et pœnas nihilominus prætaraxas incurret, maxime cum sacrilegio inobedientiam adiecerit, et contemptum. Si vero fuerit extra regnum, contra ipsum vocatũ post dilationes trãsmarinas modo simili procedatur. Et ecclesia seu præbenda, in qua facta fuerit talis intrusio, supponatur ecclesiastico interdicto. Fautores autem et cooperatores huiusmodi intrusionis, si clerici fuerint, prefatas pœnas contra clericos editas incur rant. Et si laici fuerint, pœnis plectantur contra laicos alias annotatis. Loca vero, et terræ huiusmodi intrudentiũ, si infra vnum mensem non satisfecerint: sup ponantur ecclesiastico interdicto. Si ver o huiusmodi intrusio-

ones

ones factę fuerint ex regia potestate, per loci diocesanũ moneatur dominus rex ꝙ eas faciat infra tempus competens reuocari: alioquin terrę et loca quæ dominus rex habet in illa dioceſi in qua facta fuerit intrusio, ecclesiastico supponãtur interdicto, secundum formam superius annotatam. Si vero per alium magnatẽ seu potestatem fiat talis intrusio, per interdicti et excommunicationis sententias, vt superius arceatur. Et si per duos menses sustinuerit huiusmodi sententias propter hoc in se latas, extunc terræ et loca quę obtinet in alia dioceſi per loci diocesanum ecclesiastico interdicto supponantur, nec relaxentur sententiæ præfatæ, donec de iniuria, inobedientia, ac contemptu satisfecerint competenter.

Idem.

SI aliqui clerici per laicalem potestatem capti fuerint tonsuram et clericatum habentes: si tempore medio ab

rasi

rali malicioſe fuerint, et ſuſpẽſi, aut alio modo puniti: abradentes, vel ſuſpendentes, aut alio modo punientes eoſdem, et ad conſilium aut auxilium impendentes pœnis ſubiaceant ſupradictis. Foris vero bannientes huiuſmodi clericos, ſimilibus pœnis percellantur.

Item.

EVenit et infra. Statuimus q̃ laici ad exſoluendum quaſlibet pœnas tam corporales q̃ pecuniarias canonicas per prælatos ſuos eis inflictas, præciſe per excommunicationis ſententiam cõpellantur. Impedientes vero, ne pœnę huiuſmodi exſoluantur: per interdicti, et excommunicationis ſententias arceantur. Et ſi propter hoc ad diſtrictiones prælatorum proceſſum extiterit, contra diſtringentes per pœnas in ea parte dictatas procedatur.

Idem.

Item

ITem statuimus ꝙ quilibet episcopus habeat in suo episcopatu vnum, vel duos carceres ad clericos flagitiosos, deprehensos in crimine, vel conuictos iuxta censuram canonicam detinendos. Et si clericus aliquis adeo malicioſus, et incorrigibilis fuerit, et consuetus ad flagitia committenda, pro quibus etiam si laicus esset secundum leges seculi, vltimum deberet pati suppliciũ, talis clericus perpetuo carceri adiudicetur. In illis autem qui non ex voluntate, vel proposito sed casu forttuito, uel iracundia, aut forte insania commiserint, antiqua iura decernimus obseruari.

Ioannes pecham.

TAntum inualuit detestandæ lubricitatis enormitas, vt quidam nec legibus, nec canonibus ad castitatem sanctimonialium excitandã editis, deferentes, cum eis sacrilegium et incestũ commitere non formident, Cui horrendo

rendo flagitio remedium apponere cupientes, omnes tam clericos q̃ laicos huiusmodi turpitudinis perpetratores: maioris excommunicationis sententia innodamus. Solis episcoporum huiusmodi personis absolutionem sententiæ reseruantes: excepto mortis articulo, in quo sic absolui valeant a quolibet sacerdote: sic vt si conualuerint, peccatum suũ huiusmodi teneantur sub pœna anathematis infra spaciũ triũ mẽsiũ propriis episcopis cõfiteri: aut sede epi vacãte, custodi spũalitatis, aut decano ecclesiæ cathedralis. *Ioannes stratforth.*

QVoniam reus et infra. Statuim⁹ q̃ pro delicto notorio in recidiuo continuato diutius secunda vice non recipiat̃ pecunia vllo modo sub pœna duplicis pecuniæ restitutionis contra hoc receptæ infra mensem post receptionem eiusdem fabricę cathedralis ecclesię applicandæ: ac suspensionis ab officio quam taliter recipientes pecuniam: nisi

niſi eiꝰ duplum infra menſẽ reſtituerint, incurrere volum.ꝰ ipſo facto. In commutationibus etiam pęnitentiarum corporalium pro pecunia, quas abſqꝫ magna et vrgente cauſa fieri prohibemus, locorũ ordinarij taliter moderentur, qꝫ delinquẽtibus pęnitentias corporales graues & publicas non imponãt adeo exceſſiuas, vt cauſatiue et per obliquum cogantur redimere ſuas pœnitentias pecuniaria graui ſumma. Sed commutationes huiuſmodi cum faciende impoſterum videantur, ſic fiant modeſte, qꝫ rapax nõ iudicetur accipiens, et dans ipſe nimium non grauetur, ſub pœnis prædictis ſuperius annotatis.

De pœnitentijs et remiſſionibus. Stephanus.

QVoniam nonnunqꝫ ob defectũ confeſſorum, et quia decani rurales, et perſonæ erubeſcunt forte confiteri ſuo pręlato, imminet periculum animarum: volentes huic morbo mederi ſtatuimus vt certi confeſſores prudẽtes, et

et discreti per singulos archidiaconatus, ab episcopo loci statuantur, qui confessiones audiant decanorum ruraliū, personarum, et presbiterorum. In cathedralibus autem ecclesijs, vbi sunt seculares canonici, cōfiteant ipsi canonici episcopo, vel decano, vel cęteris psonis ad hoc p epū, vel decanū et capitulū cōstitutis.

Bonifacius.

CVm sacramentum confessionis et pœnitētiæ secunda post naufragium tabula, vltimꝰ humanę nauigationis portꝰ ac finale refugium sit vnicuicꝫ peccatori pernecessarium ad salutem, sub pœna excommunicationis districte pręcipimꝰ, ne aliquis præsumat impedire, quin huiusmodi sacramentum pœnitentię vnicuicꝫ petenti libere impendatur, et spacium liberum confitendi ꝙ potissime ppter incarceratas suadetur, quibus huiusmodi sacramētum sępius inhumaniter, ne dicamus infideliter denegatur. Et si interdum confitendi

fitendi ſpacium eis datur: hoc eis ita breue, et importune conceditur, q̄ cedit potius miſeris in deſolationis, ac deſperationis periculum, q̄ conſolationis gaudiū

Edmundus.

IN confeſſione audienda habeat ſacerdos vultum humilē, et oculos ad terrā dimiſſos, nec faciem reſpiciat confitentis, et maxime mulieris, et patiēter audiat, quicquid dixerit, et in ſpiritu lenitatis ſupportet eam, et ei pro poſſe ſuadeat, et pluribus modis, q̄ integre confiteatur, aliter vero non eſt confeſſio. Peccata inquirat vſitata, inuſitata autem non, niſi a longe, et per circūſtantias. Et expertis detur modus confitendi, et inexpertis non detur occaſio delinquēdi. Perſonarum nomnia, cum quibus peccauit confitens, non inquirat ſacerdos, ſed poſt confeſſionem poteſt inquirere vtrum fuerit clericus, vel laicus, monachus, vel

ſacerdos

sacerdos, vel diacon⁹ existat, et semp maiora crimina et præcipue notoria maioribus reseruentur. Sunt autem ista maiora homicidia, sacrilegia, peccata contra naturam, incestus, stupra virginum, & monialium, iniectiones manuum in parentes, nec non et in clericos, vota fracta & huiusmodi. Sunt autem casus inquibus null⁹ nisi solus papa habet potestatē absoluendi, vel eius legatus. Absolutio tamen talium in mortis articulo nulli est neganda. Sed saltem erit conditionalis: videlicet si conualescant, apostolico conspectui se præsentent. Nihilominus tamen talium remittendi sunt ad episcopum, vel eius pœnitentiarium. Semp aūt qui mittuntur, deferant secum literas cō tinentes genus peccati: et circumstantias sufficientes, vel ipse sacerdos veniat personaliter cum eis. Alioquin non recipiantur.

Edmundus.

De

DE pœnitentia prȩcipimus, ꝙ diaconi pœnitentias dare non prȩsumant, nisi his casibus, cum sacerdos nō potest, vel absens est, vel stulte, vel indiscrete nō vult, et mors imminet ęgroto.

Richardus.

CVm anima longe precioſior sit corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum, ꝓ salute corporali aliquid suadeat ęgroto, quod in periculū animæ conuertatur. Verum cum ipsum ad ægrum vocari contigerit: ęgrum ante omnia moneat efficaciter, et inducat, vt medicos inuocet animarum. Vt postꝯ fuerit infirmo de spirituali prouisū medicamine, ad corporalis medicinę remedium salubrius procedatur. Transgressores autem huiusmodi constitutionis, pœnam in consilio statutam non euadant.

Robertus wynchelsee.

PResbiteri stipēdinarij et infra. Statu im⁹, vt presbiteri p̄dicti non audiāt cōfessiones parochianorū, vel capel lanorum in ecclesiis, in quibus diuina ministrauerint, nisi in casibus a iure permissis. Quod si contrarium fecerint, crimen sacrilegij incurrant, nisi de licentia præsidētis hoc fecerint petita et obtenta.

walterus.

SAcerdos in pœnitentia iniungenda diligenter attendat circumstantias criminis, qualitatem personę, et genus delicti, tempus et locum, causam et moram in peccato factam, deuotionem animi pœnitentis. Et his cōsideratis, et diligenter pensatis ac discrete maiorem, vel minorem pœnitenti iniungat pœnitentiam. Item sacerdos ad audiendum confessiones, cōem sibi locum eligat, vt communiter ab omnibus videri poterit in ecclesia. Et in locis absconditis non recipiat sacerdos alicuius, et maxime mulieris confessionem, nisi

nisi pro magna necessitate aut infirmitate pœnitentis. Item nullus sacerdos alterius parochianum admittat ad pœnitentiam: nisi de licentia sui presbiteri, vel episcopi. Item sacerdos talem pœnitentiam iniungat vxori, vt viro suo non reddatur suspecta de aliquo crimine occulto et enormi. Idem de marito est obseruandum. Item de furto, rapina, vsura, simonia, et fraude, et maxime de decimarum detentione, seu subtractione alicuius iuris ecclesiastici diligẽter sibi caueant sacerdotes, ne aliquibus iniungãt pœnitentiam, nisi cum restitutione, & satisfactione facienda iniuriam vel dãnum passis, cum non dimittatur peccatũ nisi restituatur ablatum. Item in maioribus criminibus, et atrocioribus dubijs sacerdos consulat episcopum, vel alium qui vices eius gerit, aut prouidos et discretos quorum consilio certificatus, sciat quos et qualiter ligare possit, & absoluere. Et ne (quod absit) pœnitens

in deſperationem cadat, moneat ipſum diligenter interim, vt quicquid boni facere poſſit faciat, vt deus cor ſuum illuſtret ad pœnitẽtiam. Et hoc idẽ faciat de eo qui peccatũ confitetur: et tamẽ ab eo monitus non vult abſtinere, quo caſu munus abſolutionis eidem non poterit impendi, cum venia non legatur cõceſſa, niſi ſe corrigenti. Item caueant ſacerdotes, ne peccata pœnitentibus inquirant, aut nomina perſonarum cum quibus peccauerunt, ſed circumſtantias tantum, et qualitatem peccati, cum ſcriptũ ſit, deus vitam meam annunciauit ſibi, et non alteri9. Et propria debet eſſe confeſſio, et non aliena.

Idem.

PRohibemus ꝙ nullus ſacerdos lapſus in mortale peccatum, ad altare præſumat accedere celebraturus anteꝙ confiteatur. Nec putet vt quidam errant, credentes ꝙ mortalia delent̃ per confeſſionem generalem. Item nul-

lus

lus sacerdos ira, odio, metu etiã mortis, audeat detegere quouismodo alicui⁹ cõfessionem, signo, metu, vel verbo generaliter, vel specialiter. Et si super hoc cõuictus fuerit sine spe reconciliationis nõ immerito debet degradari.

Idem.

CVm sępe contingat, ꝙ rectores ecclesiarum, ac etiam nonnulli sacerdotes, et in sacris ordinibus existentes: eo ꝙ nullis vt eis videtur, quo ad forum pœnitentiale sunt subiecti, vel omnino non confitentur, vel ad quosdam accedũt, qui nullam habent in ipsos potestatem ligandi, vel absoluendi: Statuimus vt per singulos archidiaconatus vnus, vel duo presbiteri idonei pręficiantur singulis decanatibus, competentis literaturæ, et probatę opinionis ad confessiones talium audiendas, et pœnitentias eisdem iniungendas, quibus per loci diocesanum, vel vicem eius gerentem autoritatem volum⁹

impertiri, prohibentes firmiter ne religioſi monachi, vel canonici, anachoritę, heremitæ, ſubditum alicuius audeant ad pœnitentiam admittere.

Ioannes pecham.

CVm ſalubriter ſit ſtatutum: vt prælati indulgentijs ferendis. xl dierum numerum non excedãt, ne clαues eccleſiæ comtemnantur: quibus cum theſaurus myſticus committitur diſpenſandus: Caueant alij quicunq; ne per multiplicatas indulgentias prælatorum ſibi perquiſitas, dedecus faciant prælatis eccleſiæ ſupra ipſos in ſuis prædicationibus indulgentias infundendo, ne qui clauibus habent ſubiici eas faciant vilipendi. *Idem.*

SAcramentum pœnitentiæ naufragantum remediũ ſingulare, per quorundam inſipientiam ſacerdotum debito fructu caret. Et illi qui creduntur a fluctibus emergere pernicioſius in damnationis pelagus demerguntur: dum de facto

facto absoluunt plurimos, quos de iure absoluere nequeũt: viuificantes, vt ait ꝑ pheta propter pugillũ ordei, et fragmẽ panis animas quę nõ viuũt, vtpote absoluentes de facto excõicatos a iure, et ꝑcipue ab oxoñ. consilio ꝑpter lesionẽ aut perturbationẽ ecclesiasticę libertatis vel ꝑpter cõsimilia scelera in eodẽ cõsilio cõ simili pœna damnata, seu absoluẽtes de facto excõicatos, decimas, vel alia iura ecclesiastica detinẽtes, quibus obsistẽtes vt seductorib⁹ animarũ, et puluillos cõsuẽtib⁹ sub cubitis reꝑborũ: Omnibus cãtuarien. ꝑuinciæ cõfessoribus sub nobis,, et nostris coepis cõstitutis districti⁹ inhibem⁹ ne deccetero man⁹ audeãt extẽdere ad seducẽdos hmõi ꝑ absolutiõis signaculũ, ꝙ nouim⁹ sine debita satsfactiõe, et speciali cõmissione archiepi, vel epi nõ tenere, dũ sint in suis sceleribus ꝑtinaces, existimãtes nihilominus hmõi, nõ tã cõfessores ꝙ̃ fouearũ diaboli cõfossores peccare etiã grauissime cũ cõuin-

cantur saltem tacite, eisdem sceleribus consentire, et sceleroſos in sua perfidia confortare. Veruntamen caueant ipsi, ne in eodem cum talibus excommunicationis laqueo inuoluãtur. Cum insuper nos dudum pluralitatem beneficiorum sacrilege vsurpatam cohibere volentes inhibuerimus, sub pœna excommunicationis, ne quis de facto ad tales in suis furtis, et sacrilegijs contumaces manus extenderet absoluẽdos: Quidam sacerdotes baal potius q̃ domini saluatoris cõtrarium facere presumpserunt, occidentes animas Christi sanguine redẽptas, et euertentens ecclesiasticam disciplinã. Istos igitur quasi vulpes demolientes vineam domini veraciter reputantes, sub pristina districtione præcipimus iterato, quatenus a talibus absoluendis decetero abstineant, et eos ad renunciandum beneficijs obtentis illicite, vel retentis sollicite inducant. Alioquin sciant, se certissime deuinæ maledictionis fulgure

fulgure feriendos.

Idem.

PRęterea, cum iuxta sacros cannones peccata grauiora, vt incestus, et similia, quæ quasi vulgatissima suo scandalo totam commouent ciuitatem sint solemni pœnitẽtia castiganda: Quorundam tamen negligentia agente huiusmodi pœnitẽtia videtur quasi in obliuionẽ tradita, et creuisse per consequens audacia hõi facinora horrenda, et flagitia perpetrandi. Quocirca præcipimus, vt huiusmodi pœnitentia solemnis decetero imponatur secundum canonicas sanctiones: absolutionem etiam ab homicidio voluntario, tam publico q̃ occulto solis episcopis reseruamus, extra necessitatis articulum: per quod minorũ intendimus refrenare audaciam, et non maiorum reuerentię in aliquo derogare.

Idem.

Licet

LIcet a ſanctis patribus iam pridem fuerit ordinatum, vt in quolibet decanatu ſit vnus rector, vel vicari⁹ literaturę ſufficientis inſtructus, et illuſtrat⁹ gratia, famæq; laudabilis aſſignatus ad confeſſiones rectorum, vicariorum, aut aliorum ſacerdotum, ac miniſtrorū eccleſiæ audiendas iniungēdaſq; pœnitentias, vt ſit mare fuſile in templi introitu iuxta templi typici ſacramenta: Hoc tamen non fuit hactenus cleri moribus vſitatum non ſine multis de iniurijs, et ſacramentorum miniſtrationibus et miſſarum celebrationibus qui execrationes potius dicerentur. Ordinationem ergo prædictam a diſſuetudine renouãtes præcipimus, vt ipſa inuiolabiliter de cetero obſeruetur. Ex hoc tamẽ minime inhiberi intendimus, quin poſſint præfacti, ſi voluerint ad alios communes pœnitentiarios, dum tamem id conſtet pro ſacramento pœnitentiæ conuolare.

Confeſ-

CONfessiones mulierum, extra velū templi audiantur, et in propatulo q̄tum ad visum, nō q̄tum ad auditum. Moneantur etiam laici statim in principio quadragesimę confiteri, et sēp cito post lapsum, ne peccatum suo pondere ad aliud trahat. Item nullus sacerdos nomine pœnitētiæ totalis vel partialis missas præsumat iniungere, consulere tamen potest. *Idem.*

IN confessionibus, et prædicationibus sepius laicis inculcetur, et præcipue in maioribus solemnitatibus: quod omnis commixtio maris, et feminę, nisi per matrimonium excusetur est mortale peccatum: Et si in denunciatione huius salubris doctrinę sacerdos inuentus fuerit negligens, tāq̄ fornicator, vel consentiens fornicationibus canonice puniatur. *Idem.*

CONfessiones ter in āno audiantur, ter in anno cōmunicari moneantur, videlicet in pascha, in pentecoste, et in natali domini.

Prius tamen præparent ſe, per aliquam abſtinentiam de conſilio ſacerdotis faciciendam. Quicunq; vero ſemel in anno adminus proprio confeſſus non fuerit ſacerdoti, et adminus ad paſcha ſacramentum euchariſtiæ non perceperit, niſi de conſilio ſacerdotis duxerit abſtinendum, et viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, et mortuus Chriſtiana careat ſepultura. Et hoc frequenter in eccleſiis publicetur.

De ſententia excommunicationis. Stephanus.

AVtoritate dei patris omnipotentis et beatę Mariæ virginis, et omniũ ſanctorum: et preſentis conſiliį excõmunicamus omnes illos, qui eccleſias ſuo iure malicioſe priuare preſumunt, aut per maliciam libertates earundem infringere, vel perturbare contendunr. Itẽ omnes illos excommunicationis innodamus ſẽtentia, qui pacem et tranquilli tatem domini regis, et regni iniurioſe p turbare preſumunt, et qui iura domini

regis

regis iniuste detinere contendunt. Adijcim⁹ omnes etiam illos simili sententia innodatos, qui scienter falsum testimonium perhibent, et perhibere procurant, vel etiam qui tales testes scienter producũt, vel subornãt in causa matrimoniali, vbi scilicet agitur contra matrimoniũ, vel vbi agitur ad alicui⁹ exhęredationẽ. Item excommunicam⁹ omnes illos, qui gratia lucri, odij, vel fauoris, vel alia qua cunqꝫ de causa alicui malicioſe crimen imponunt: vnde infamatus ſit apud bonos, et graues, vt ſic ſaltem ei purgatio indicatur, vel alio modo graueť. Aduocatos quoqꝫ excõmunicam⁹ oẽs, qui in cauſis matrimonialibus malicioſe exceptiones opponunt, vel apponere procurant, ne matrimonia vera debitũ fortiãtur effectũ, vt contra iuſticiã, ꝓceſſus cauſæ diutius ſuſpendať. Præterea oẽs illos ſententia excõmunicationis innodamus, qui vacante eccleſia malicioſe opponunt, vel opponi procurãt patronat⁹ queſti-

queſtionem: vt verum patronum illius eccleſiæ collatione ſaltē illa vice defraudent. Excōmunicamus etiā omnes illos qui gratia lucri, odij, vel fauoris, aut aliter contemnunt exequi mandatum dñi regis contra excommunicatos editū claues eccleſiæ contemnentes.

Stephanus.

VT archidiaconi et infra. Ad hæc eccleſiaſtici ordinis vtilitate penſata pariter et honore decernimꝰ ne archidiaconi, vel officiales eorum ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti in aliquē audeant promulgare, vbi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi monitione canonica pcedente. Si quis autem contra præmiſſa ſententiam excommunicationis tulerit in quemcunq, pœnę ſubiaceat per lateranenſe conſilium in tales promulgatæ. Pro ſuſpenſione vero, vel interdicto ſuperioris arbitrio puniatur, quod etiam prælati ſuperiores obſeruent. *Bonifacius.*

Præte

PRæterea contingit interdum, q̃ excommunicati de mandato prælatorum ſecundum regni conſuetudinẽ capti, et carceri mancipati, aliqñ p̃ regem, aliqñ per vicecomitem, alioſq̃ balliuos, ſine conſenſu prælatorum ad quorum mandatum ſic captorum debet liberatio fieri, nulla ſatiſfactione præſtita liberãtur. Et plerumq̃ huiuſmodi excommunicati non capiũtur: neq̃ de ipſis capiẽdis literę regię conceduntur. Non nunq̃ etiam dicti rex vicecomites, et balliui cum ipſis excommunicatis, et publice denunciatis communicant, claues eccleſiæ contemnentes in ſubuerſionem eccleſiaſticę libertatis, et ſuarum periculum animarũ. Huic ergo morbo cõgruã volẽtes adhibere medelam: Statuimus q̃ excõmunicati ſic capti, ac taliter exeuntes de carcere, ad maiorẽ deteſtation ẽ liberatorũ, et liberãtiũ, publice, et ſolemniter pulſatis cãpanis, et cãdelis accẽſis excõicent et denuncientur excõicati in locis

cis in quibus ordinarijs eorum videbitur expedire. Vicecomites autẽ, et alij balliui qui eos liberauerint non pręstita satisfactione ecclesiæ, vel emenda, excommunicentur, seruato iuris ordine, et excommunicati solemniter nuncientur. Si tamen cum mandato regis ad hoc processerint, mitius cum eis arbitrio ordinariorum agatur. Si autem contingat ꝙ litera consueta de excommunicato capiendo denegetur, cum ipsam requiri cõtingat, in quo casu dare debet secundum regni consuetudinem approbatam: moneatur idem dominus rex per præfatum pręsentantem capiendum, qui super hoc scribit, vt eam cõcedat et faciat pertrãsire Quod si non fecerit; ciuitates, castra, burgi, et villæ quas in dioceſi eiꝰ qui sic scribit obtinet, per episcopũ ipsũ scribẽtem supponãt ecclesiastico interdicto: donec negatæ literæ tales cõcedant, et executionem legitimam sortiãtur. Contra communicãtes vero cum excommunican-

tis

tis procedatur secundum censuras eccle siasticæ disciplinæ.

Idem.

ITem contra grauamina & infra. Statuimus vt Apparitores seu Bedelli archidiaconorum, vel decanorum sententias excõmunicationis suspensionis, vel interdicti per se non ferant, neq; per alios latas denuncient sine specialibus literis dominorum suorum. Et si secus præsumptũ fuerit, sententiæ sic latæ ipso iure non teneant nec seruentur cum in veritate non ligant. Et Bedelli qui contra hoc fecerint statutum: & onerosi seu iniurioſi subditis dominorum suorũ inuenti fuerint, grauiter puniantur: & grauatis duplum restituere teneantur.

Idem.

CVm sæpius domino regi & iusticiariis eius falso suggeritur, quod prælati & iudices ecclesiastici de iure patronatus catallis & aliis ad forum regium spectantibus

cognoſcũt in dñi præiudiciũ, cũ idẽ præ=
lati et iudices ſup decimis, peccatis, et ex=
ceſſib⁹ ſuorũ ſubditorum ſuæ iuriſdicti=
onis officiũ ꝓput ad eos pertinet exercẽt:
Moneãt hmõi delatores et ſuggeſtores
iniqui, vt a tali ſuggeſtione et delatione
deſiſtãt. Quod ſi prælatos et iudices ec=
cleſiaſticos, ſic delatos dãnificari ſeu ve=
xari ꝓpter hoc per ſeculare ptãtem con
tigerit, hmõi ſuggeſtoreset delatores ex=
cõicati publice nunciẽtur, tanq̃ impug=
natores eccleſiaſticæ libertatis: donec de
expenſis, dãnis et iniuriis tam iudicib⁹ q̃
partibus ratione hmõi ſnggeſtionis il=
latis ſatisfecerint competenter.

Ioannes Pechami.

C vm malũ et infra. Precipim⁹ noſtræ
ꝓuinciæ ſacerdotibus vniuerſis vt
in omni dominica ſequente imme
diate poſt celebrationem ruralis capitu=
li exponant aperte populo ſibi commiſ=
ſo excommunicationis ſententias quæ
ſequuntur. Primo quidem excommu=
nican=

nicantur autoritate Oxoñ, conſilii a ſanctæ memoriæ Stephano archiepo Cãtuarieñ. celebrati: oẽs qui malicioſe eccleſias ſuo iure priuare præſumunt, aut per malitiã, aut contra inſtitiam libertates earum infringere, aut perturbare contendunt. Ex quo intelligimus excommunicationis vinculo ſubiacere omnes illos qui literas impetrant a quacunque curia laicali ad impediendum proceſſum eccleſiaſticorum iudicum in cauſis quæ per ſacros canones ad forum eccleſiaſticum pertinere noſcuntur. Item ſecundo omnes illi qui pacem & tranquillitatem domini regis et regni iniurioſe perturbãt ſeu perturbare præſumunt: & qui iura domini regis iniuſte detinere contendũt: ex quo intelligimus excommunicatos: non ſolum guerrarum ſuſcitantes errorem, verumetiam latrones publicos omnes pariter et prædones, ac quoſcunque regni iuſtitiam temere impugnantes.

Item tertio, excõmunicantur vniuersi, qui falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant: vel qui tales testes scienter produxerint ad impediendum iustum motrimonium: vel ad hæredationem alicuius hominis procurandam.
Item quarto excõmunicantur omnes aduocati, qui malicioſe per quascunque exceptiones verum matrimonium impediunt, ne effectum debitum sortiantur, vel quibuscunque caulis contra iustitiam processus ecclesiæ diutius suspendantur.
Item quinto excommunicantur omnes illi, qui gratia lucri, odii, vel fauoris, malicioſe alicui crimẽ imponunt, vnde infamatus sit apud bonos & graues, vt sic ei purgatio indicatur, vel alio modo grauetur.
Item sexto excommunicantur omnes illi, qui malicioſe opponunt, vel opponi procurant questionem de iure patronatus: vt verum patronum a collatione il-

lius

lius eccleſiæ ſaltem impediant illa vice.

Item ſeptimo excõmunicãtur, omnes illi qui malicioſe contemnunt exequi mandatum domini regis de excommunicatis capiendis, vel qui eorum impediunt captionem, vel procurant eorundem iniuſtam liberationem contra decretum eccleſiaſticæ diſciplinæ.

Item octauo excommunicantur in conſilio bonæ memoriæ othowni omnes qui pro impedimento pacis, ſeu pro compoſitione litigantium quicq̃ recipiunt, donec ipſum ſic receptum reſtituerint donatori.

Item excommunicantur per eundem, qui de domibus, manerijs, vel grangiis, aut locis archiepiſcoporum, aut aliarum eccleſiaſticarum perſonarum contra ipſorum voluntatem, ſeu cuſtodum rerũ earundem aliquid auferunt, aut conſumunt, aut iniurioſe tractant, qua ſententia ligantur, nec abſolui poſſunt: donec de iniurijs ſatisfecerint competenter.

Item excommunicantur ab eodem quicunq; abſtrahunt violenter reos ad eccleſiam, vel cimiterium, aut clauſtrum fugientes, vel qui eis victum neceſſarium prohibent exhiberi, qui vel res alienas in locis eiſdem depoſitas violenter aſportant vel aſportari faciunt, vel qui aſportationem talem factam nomine ſuo: vel a familiaribus ſuis ratam habuerint: vel qui ad hanc publice vel occulte conſilium præbuerint vel conſenſum.

Item excommunicati ſunt ab omnibus archiepiſcopis & epiſcopis Angliæ: omnes illi qui veniunt aut faciunt contra magnam cartam domini regis, quæ ſententia per ſedem apoſtolicam pluries eſt confirmata & approbata.

Ioannes Stratforth.

Superno

SVperno dei munere informatus il= lustris rex Anglorum Edwardus, pacem eccleſiæ & regni cupiens firmi= ter obſeruari, nos & cæteros coepiſco= pos dicti regni olim literis ſuis rogauit: vt communes malefactores, & pacis ſanctæ eccleſiæ atque ſuæ perturbato= res & violatores, felones: nec non felo= num manutentores, conſpiratores: fal= ſos iuratores in aſſiſis & iuratis coram iuſticiarijs domini regis ſcienter deierã= tes, falſarum querelarum aſſumptores, manutentores & fautores earum, per quos perturbationem pacis, & violatio= nem libertatis ac iuris eccleſiæ atque regni, in ipſo regno non ambigitur pro= curari, in ſingulis dioceſibus eccleſia= ſtica compeſceretur cenſura, ipſos deſi= derans pro ſuis grauibus in his exceſſi= bus maioris excommunicationis ſen= tentia innodari, ſeu excommnunicatos publice nunciari.

Vnde nos piæmentis dicti regis inuitatione laudabili excitati, audaciam huiusmodi perfidorum compescere cupiētes: Omnes malefactores prædictos, taliter imposterum in nostra cantuarensi prouincia delinquentes scienter præsentis autoritate consilii maioris excommunicationis sententiam volumus, & pronunciamus incurrere ipso facto: quorum absolutionem locorum ordinariis, seu sedibus ecclesiarum cathedralium vacantibus, his qui iurisdictionem episcopalem exercebunt ibidem: præterquā in mortis articulo reseruamus: ceterum vt huiusmodi delinquentium facinora eo amplius euitentur, quo ipsi delinquētes excommunicati solennius fuerint nunciati: hoc prouinciali consilio approbante, præcipimus quod omnes & singuli malefactores predicti in singulis cathedralibus collegiatis & parochialibus ecclesiis nostræ Cantuariensis prouinciæ antedictæ: prima dominica qua

drageſimæ

drageſsimæ, ac in feſto corporis Chriſti, aliiſque duobus diebus feſtiuis & ſolennibus annuatim excommunicati publice nuncientur in genere: cum intimatione reſeruationis abſolutionis p̄dictæ.

Ioannes Pecham,

PRęcipimus quod ſententiæ maioris excommunicationis promulgentur in eccleſiis quater in anno: videlicet die dominica prima poſt feſtum ſancti Michaelis, Et die dominica in medio quadrageſimæ, Et in feſto ſanctæ trinitatis. Et in die dominica proxima poſt feſtum Petri ad vincula: candelis accenſis, & pulſatis campanis, cum cruce & aliis ſolennitatibus prout decet.

De verborum ſignificatione. Ioannes Stratforth.

QVam q̄z ex ſoluentibus & infra. Huiuſmodi declaramus prouiſione conſiliꝝ ſiluam ceduam illam fore: quæ cuiuſcunque generis arborum exiſtens in hoc habetur vt cedatur, & quæ etiam

etiam succisa rursus ex stipitibus aut radicibus renascatur, ac ex ea decimam vtpote realem & prædialē baptismalibus seu matricibus ecclesijs persoluendam: necnon siluarum possessores huiusmodi ad præstationem decimarum ipsorum lignorum excisorum in eis, sicut feni & bladorum omnium censura ecclesiastica fore canonice compellendos.

Finis constitutionum prouincialium.

CONSTI-

TVTIONES

Othonis.

De Othone Legato in Anglia. ex Pa-
lid. Angl. hist lib. xvi.

ANno salutis humanæ. m. c c. xxxvij quo regnare cœperat Henricus. iij. vigesimo Gregorius ix. pontifex Romanus misit Othonem Cardinalem diui Nicolai in carcere Tulliano, in Angliam Legatũ, qui sacerdotalis ordinis statum recognosceret, ac quatenus opus esset, corrigeret. Is cuius iam virtus omnibus longe notissima erat, quippe qui superioribus annis eo muneris genere summa cum laude functus fuerat, postquam de rebus agendis probe edoctus est, antistitum aliorumq; sacerdotum conuentum Londini celebrem facit, in quo post longam consultationem de patrum sententia, leges plurimas tulit, quæ deinceps sacerdotalem conseruarunt. &c.

Romam denique exacto iam suæ legationis trienio discessit.

In

IN CONSTITVTIONES
Othonis Ligati, præfatio.

QVoniam decet domum domini ſanctitudo: & miniſtris eius a domino dicitur: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum dominus deus veſter, Satagit aſtutia humani generis inimici: vt ſanctitatem & emendationem, ſubtrahat vel deſtruat vtrobiq; , dum in pleriſq; locis ne conſecrentur eccleſiæ impedit vel retardat. Et ne ſuo digne miniſtri fungantur officio miniſtrorum mores & vitam multorum vitiat & condemnat. Sanctorum patrum regulis & ſtatutis, & generaliter omnibus chriſtianæ religionis profectib⁹ ſe totis conatibus opponendo. Huic igitur eſt armata manu a cunctis populis fidelibus in fide fortiter reſiſtẽdũ: et ad eius molimina renouatis, et nouis ſemper vtendo viribus enaruanda. Sic Iſaac puteos quos foderant filij Abrahæ: ſed humo impleuerant

uerant Paleſtini prius ſtuduit renouare, demum alios fodere nouos. Denique nos Otho miſeratione deuina ſancti Nichaſij in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis apoſtolicæ ſedis Legatus, et ad partes Angliæ legationis officio deſtineti a ſede apoſtolica diuino fuffulti auxilio. Et aſtantis conſilij ſuffragio et coſenſu ad roborandum et reformandū ſtatum eccleſiaſticum in partibus Anglicanis. Saluis aliis canonicis inſtitutis, quæ cum reuerantia cupimus obſeruari. Quædam excommiſſi nobis officij preſentate duximus ſtatuenda: quæ per certos articulos infra dirigi fecimus & diſtin gui.

Vt

CONSTITVTIONES Othonis.

Vt infra annum omnes eccleſiæ dedicentur.

BAſilicarum dedicatio initium a veteri teſtamento dignoſcit habuiſſe & in nouo eſt a ſanctis partib⁹ obſerua ta: in quo eſt eo dignius et ſtudioſius facienda, quo in illa tamen offerebantur hoſtiæ animalium mortuorum. In iſto vero celeſtis hoſtia viua & vera, Chriſtus ſcilicet vnigenitus dei filius in altari offertur pro nobis in manib⁹ ſacerdotis. Quare ſtatuerunt prouide ſancti patres ne in alijs locis q̄ dedicatis: niſi neceſſitatis cauſa celebretur officium tanquam ſublime. Porro quia vidim⁹ per noſipſos & a pleriſq; audiuim⁹ tam ſalubre miniſterium contemni, vel negligi a nonnullis, dum multas inuenim⁹ eccleſias, & aliquas etiam cathedrales, quæ licet ſint ab antiquo cōſtructæ: non dum tamen ſunt ſanctificationis

oleo

oleo conſecratæ. Volentes huic tam periculoſæ negligentiæ obuiare ſtatuim⁹, et ſtatuendo præcipim⁹ q̃ omnes cathedrales, conuentuales, parochiales eccleſiæ quæ perfectis parietib⁹ ſunt conſtructæ: infra biennium per dioceſanos epiſcopos ad quos pertinet: vel eorum auctoritate per alios conſecrentur, ſicque infra ſimile temp⁹ fiet decetero in conſtruendis eccleſijs. Et ne tam ſalubre ſtatutum tranſeat in contemptum: ſi loca huiuſmodi non fuerint infra biennium a pfectionis tempore dedicata amiſſarum ſolennijs vſque ad conſecrationem manere ſtatuim⁹ interdicta: niſi aliqua rationabili cauſa excuſentur. Ad hæc ne præſumant abbates, aut eccleſiarum rectores antiquas eccleſias conſecratas ſub prætexu amplioris vel pulchrioris fabricæ faciendæ diruere, abſque licentia dioceſani epiſcopi & conſenſu præſẽti ſtatuto diſtrictius inhibim⁹. Dioceſan⁹ vero diligenter conſideret, vtrũ

expediat

expe diat dare licentiam vel negare. Et si de derit attendat et intendat, vt opus quam celerius poterit consumetur, quod extendi statuimꝰ & nolumus ad iam cepta. De capellis vero minoribus nil noui duximus statuendum. Consecrationes vero earũ quando & qualiter fieri debeant diffinitionibus canonicis relinquentes.

Ne pro sacramentis ecclesiæ aliquid exigatur, & quod forma in confessione seruetur.

SAcramenta ecclesiastica in quibus tanquam in vasis celestibus salutis remedia continentur: nec non oleum sanctificatum: et crisma a ministris ecclesiæ pure ac deuote qualibet exclusa cupiditatis labe. Statuimus & statuendo præcipimus exhiberi, nulla difficultate in eis exhibendis adhibenda prætextu consuetudinis alicuius: qua dicatur ab eis qui ea recipiunt aliquibus aliqua persoluenda. Sacramenta quoq; principalia quæ sunt, & quid propter

simplicia

simpliciores duximus exprimenda. Sunt enim baptisma, confirmatio, pœnitentia, eucharistia, extrema vnctio, matrimonium, atq; ordo: de quorum quolibet in sacris canonibus diffusius est tractatum, & plenius ordinatum. Sed quia non est leue canonicum girare volumina, et ignorare medicinale officium medico minus graue: Statuimus q; in susceptione curæ animarum & ordinis sacerdotij, examinẽtur de his præcipue ordinandi. Archidiaconi quoq; in singulis decanatũ suorum conuentibus sacerdotes maxime in his studeant erudire, docentes eos qualiter circa baptismum, eucharistiam, matrimonium, & pœnitentiam se habere debeant.

De baptismo.

AD baptismum solenniter celebrãdum duo tempora Sabbatum scilicet ante resurrectionem domini, & sabbatum ante Pentecosten, sunt a sanctis canonibus propter mysterium

deputata. Sed quidã in partib⁹ istis vt au diuim⁹ diabolica fraude decepti piculũ suspicãt si p̃fatis dieb⁹ pueri baptisarẽt: quod arbitrari, vel quocũq; modo metu ere sanæ fidei aduersat penit⁹, et manifeste cõuincitur esse falsũ. Cũ sũmus põtifex personaliter illud ministeriũ solẽnizet, et in dieb⁹ baptiset solẽniter memoratis, et in alijs mũdi partib⁹ seruet eccle sia hoc idẽ. Quare statuim⁹ vt a tanto errore p̃dicatiõe frequẽti popul⁹ auertat, et ad solẽnisãdũ baptismũ p̃fatis diebus, et ad baptisandũ pueros suos studiosius inducãtur. Statuimus etiã insuper, vt parochiales presbyteri formã baptismi firmiter addiscẽtes: eã parochianis suis frequẽter exponãt in vulgari in dieb⁹ dñicis, vt si articul⁹ necessitatis emerget quo ipsos oporteat aliquẽ, seu aliquos baptisare, eã sciant et valeant obseruare. Quæ vtrum seruata fuerit inquiratur postmodum diligenter.

Ne aliquid recipiatur vel exigatur pro pœnitẽtiis iniũgendis.

Au-

Audituꝝ horribili audiuimꝰ esse relatũ, ꝙ quidã miserabiles et miseri sacerdotes, dũ forsan in bñficiũ vicariæ vel ad firmã, seu quacũ ꝙ alia questꝰ causa, puẽtus exaltari, aut ex pœnitentiæ venientes recipiũt, non aliter admittũt ad pœnitẽtiã cõfitẽtes, nisi priꝰ ab ipsis sinu auariciæ suæ quicꝗ reponat, sicꝗ faciũt de alijs sacramẽtis: qm igit qui talia agũt et regno dei, et bñficio ecclesiastico sũt indigni: Statuẽdo districtiꝰ pcipimꝰ vt inquisitiõe exactissima per epos de his facta, qui tale quid cõmisisse repertus fuerit, et a bñficio quod obtinet amoueatur omnino, et ab officio ꝙ ꝑ perã gessit perpetuo sꝰspẽdatur. *De cõfessionibus prælatorũ.*

Quod in quodã cõsilio inuenimus, statutũ ap, pbãtes statuimꝰ: vt per quoslibet decanatꝰ prudẽtes viri et fideles cõstituãt per epz cõfessores, qui bꝰ personæ, et minores clerici cõfiteri valeãt, qui decanis cõfiteri erubescũt forsan et verẽt. In ecclesijs vero cathedralibꝰ cõfessores institui præcipimus generales.

Ne indigni promoueantur. &c.

SAcer ordo est eo dignius conferendus: quo ab ordinato cetera sacramenta conferuntur. Quare cum periculosum sit nimis minus dignos, ydiotas, illegitimos, irregulares, illitteratos, et extraneos, aut sine titulo certo, et vero aliquos ordinari: Statuimus vt ante collationem ordinum per episcopum de his omnibus indagatio diligens habeatur. Et ne reprobatis approbrandis, & qui non fuerint approbandi approbatis clanculo asserere se valeant reprobati in examinatione scribantur numerus & nomina probatorum: et qui fuerint postmodum in ordinationis limite, perlecta scriptura, discretione sollicita requirantur. Ipsaq; scriptura apud episcopum vel ecclesiam conseruetur.

Ne dentur dignitates ad firmam.

ECclesias dari ad firmam vel generaliter constitui vicarios in eisdem nostræ

stra nequaque volumus auctoritate fulciri: si propter infirmitatem multudinis quæ in causa est, ne videamur laqueos potius immittere, quam inuenire remedia, prohibitionis edictum contra emittere formidamus. Quibusdam tamē morbis ex eis prouenientibus ad nostrā delatis notitiam occurrere coartamur. Accidit enim plerumq; , vt hi qui firmarij appellantur: lucrari plus appetunt q; exsoluant , turpes exactiones faciunt quæ interdum inciduut in symoniacam prauitatem. Quare statuendo districtius inhibemus, ne dignitates vel officia: puta decanatus , archidiaconatus siue prouent9 ex ecclesiasticæ vel spiritualis iurisdictiōis exercitio: seu ex altari, pœnitentia vel altari aut alijs sacramentis quibuslibet venientes ad firmam de cetero nullatenus concedantur.

Ne vltra quinquennium ecclesiæ dentur ad firmam.

Cum

Cvm laicis dare ad firmam eccleſias ſit penitus inhoneſtum, et clericis quibuſcunque ad longum temp9 propter continuationem temporis, quæ afferre conſueuit periculum, & eccleſijs poſſit eſſe damnoſum: vtrumq; inhibentes diſtrictius ſtatuimus: vt nec laicis vnq̃, nec perſonis eccleſiaſticis vltra quinquẽnium ad firmam eccleſiæ conferantur: nec finito quinquennio renouentur eiſdem, niſi prius ipſas alij habuerint mediate. Et vt nunc omnia ſint in tnto, ſtatuimus vt præſentibus epiſcopis, vel archidiaconis firmarum fiat conuentio ex qua plures literæ cõſcribãtur, quarũ vna remaneat penes ipſos.

De perpetuis firmis non concedendis.

Alicubi audiuimus contigiſſe q̃ vacante pingui eccleſia quam quidam optabat habere: nec tamen eam accipere audebat vt perſona; ne

na: ne in alijs ipso iure beneficijs quæ obtinet priuaretur, callide procurauit vt ecclesia illa sibi traderetur ad firmam perpetuo, ita q̃ modicum quid solueret inde alij nomine personatus, sibiq̃ totum reliquum retineret. Quo dante causam edicto statuimus, vt nulla ecclesia vel præbenda, vel aliquis alius reddítus ecclesiasticus in totum, vel in partem, ad firmam alicui sub colore quocunque imperpetuum conferatur: casum & inane fore penitus decernentes, si contra fuerit attemptatum.

De Vicarijs & eorum ordinibus.

Ad Vicariam statuimus nullum decetero fore admittendum, nisi iam præsbyterum, vel saltem diaconum in proximis quatuor temporibus ordinandum.

Qui renuncians aliis beneficiis si qua habet

bet curam animarum hñtia, ſuret reſidentiam ibi facere: ac etiam faciat continue corporalem. Alioquin inſtitutionẽ ipſius decreuimus eſſe nullam, et vicariam fore alij conferendam. Sic illudatur illi dolo quo ſæpe aſſignato alicui nomine perſonatus aliquo modo ſimulate dabatur alicui eccleſia ficto nomine vicariæ: qui timens alia perdere beneficia metuebat eam recipere vt perſona.

De iam inſtitutis vicarijs qui non ſunt preſbyteri cum vicarij teneantur in propriis eccleſiis deſeruire: ſtatuendo præcipimus, vt infra annum ad minus ſe faciant in preſbyteros ordinari. Alioquin ſi per eos ſteterit quominus infra annum vt diximus ordinentur, eos extunc vicarijs fore eiſdem decreuim9 tunc priuatos. Et de reſidentia circa eos ſtatuimus, quod de inſtituendis ſupradiximus ſtatuendum.

Non conferatur aliquod beneficium: donec conſtiterit de morte vel de ceſſione poſſeſſoris.

Ad

delidendum fallacias iniquorum
A sagaci est studio laborandum cui
libet iusticiæ amatori, ne si torpes=
cat rectorum industria, simplicitas a ver
sutia supplantetur, & succumbat veritas
falsitati.

Sane plurimorum relatione accepimus
q̄ quidam in absentis beneficium ocu
los iacientes, nouos fingentes rumores,
asserunt se audisse mortuum esse, vel be
neficium resignasse beneficij possesso
rem, sic ut procurẽt in illud beneficium
quomodolibet se intrudi. Et si forte reui
uiscens qui mortuus fuerat ad suam ec=
clesiam reuertatur: nescio te respondetur
eidem: et clauditur ianua contra eum.

Nonnulli etiã nimia cupiditate cæcati,
non solum in absentium, sed etiam in
præsentium beneficia clanculo irrumpe
re, vel vbicũq; possint ipsa inuadere non
formidant, et cum int⁹ fuerint, nec pro=
sunt sententiæ: ne aliquid quo mitti pos=
sint foras, quin armorum potentia se de=
fendunt.

fendunt. In vtroque ergo articulo remedium quale possumus adhibentes, statuimus districtius prohibentes: ne prætextu opinionis vel famæ, quæ de morte vel cessione habeatur absentis eius beneficium aliquatenus conferatur, sed expectet prælatus donec plenius de alterutro instruatur. Alioquin ad resarciendum omne damnum ex hoc inflictum absenti eum decernimus fore obligatum. Et eum qui se procurauit intrudi: præter restitutionem damnorum officio & beneficio quidem suspensum protinus ipso facto.

Quod ad illum extendi volumus: qui beneficium ecclesiasticum altero possidente autoritate propria, vel temeritate potius vi, vel clam occupare præsumit: vel postquam declaratum fuerit ad alium pertinere: armis se defendere nititur in eodem.

Ne

Ne pluribus detur vna ecclesia prætextu plurium patronorum.

vm ars artium teste beato
C Gregorio sit regimen animarum, non cessat antiquus sophista suæ girare volumina fraudis: & in falsis suis positionibus studere fallaciis quo valeat concludere discipulos huius artis, & eos excludere a salute animæ, quos imperitos inuenit aut incautos. Hoc est quod facit iussa dei transgredi, & sanctorum Patrum regulis contraire: dum nec sermo diuinus nec canonicæ sanctiones a distorto itinere possunt reducere peccatores.

Exigit namque ars nostra catholica: vt vnicus in vna ecclesia sit magister, præfectus, ordine, habitu, vita, scientia, & doctrina, & ꝙ pura sit ecclesiæ ordinatio atque simplex. Sed obiectio dyabolica multos facit in hoc dogmate deuiare

Dum

Dum interdum eo ſuggerente, non vni tantum vna datur eccleſia, ſed pluribus prætextu plurium patronorũ, vt ſint plura capita in eodem corpore quaſi monſtrum. Et interdum conſentit perſona quæcunque ſit occaſio, vt aliquid de ipſa eccleſia concedatur alij nomine perſonatus. Abſque magiſtro præterea eccleſia ſæpe manet deſolata: dum nec perſona in ea, nec ſaltem perpetuus vicarius inuenitur. Sed aliquis forte ſimplex ſacerdos qui nec ius habet; nec etiam iuris imaginem in eadem. Et ſi moram forſan perſona ibi trahat: non eſt tamẽ perfectus ordine: quoniam non ſacerdos eſt, nec habitu, quia viſus ab aliquo non clericus, ſed miles potius putaretur.

De vita, ſcientia, & doctrina eſt ei heu modica cura. Ordinatio quoq; eccleſiæ raro fit ex ſimplici oculo vt deberet, nec enim commenta fraudis diabolicæ deſunt ei. Nam interdum, vt audimus, alicui confertur eccleſia hoc pacto tacite,

vel

vel expresse, ꝙ aliquid sibi retineat re-
stituens, vel præsentans, vel aliquam ali
us ex ea recipiat portionem, qui totum
forsan erat habiturus, nisi impotentia
vel metu perdendi alia beneficia dimi-
sisset, Cedit etiam quis aliunde persona
tui, vt ab instituto inibi recipiat postmo
dum vicariã, quod fieri non præsumitur
sine fraude. Has igitur dimissiones, et
particulares assignationes et imitatio-
nes, tanquam arti nostræ contrarias re-
probantes, ne decetero fiant penitus in-
hibemus, firmiter statuentes vt nunquã
deinceps in plures personatus vel vica-
rias vna ecclesia diuidatur, & quæ diui-
sæ sunt hactenus quamcitius se falcul-
tas obtulerit integrentur. Nisi forsan sic
institutæ fuerint ab antiquo, vel est per
loci episcopum prouidendum ꝙ tam re-
ditus ꝙ parochia congruis inter eos por
tionibus & regionibus deuidantur.
Prouideant etiam diocesani ꝙ semper
apud ecclesiam resideat aliquis qui de
animarum

animarum cura sit solicitus, ac se in celebratione diuinorum, & collatione sacramentorum exerceat vtiliter & honeste. De residentia vero in ecclesijs a rectoribus facienda videtur nobis consulendum facto potius quam statuto. Extant enim consilia Romanorum pontificum luce clarius loquentia super eo: propter quod maiorum requiritur executio statutorum quã edicto sanctionum. Idem quoq; per omnia dicimus & sentimus de his, qui plures dignitates, personatus, seu beneficia curam animarum habentia contra statutum consilij generalis absque dispensatione sedis apostolicæ speciali præsumunt in salutis suæ dispendium retinere.

De statu monachorum & habitu clericorum.

QVoniam de habitu clericorum, qui non clericalis videtur, sed potius militaris, graue scandalum

lum laicis generatur : firmiter statuendo præcipimus, vt ad formam tam de vestibus clericorum, quam etiam de ornamentis equorũ in generali consilio editam per substractionem beneficiorum ab episcopo compellantur : ita ꝙ in mensura decenti vestes habeant, & capis clausis vtantur in sacris ordinibus constituti, maxime in ecclesia, et coram prælatis suis : & in conuentibus clericorum : & vbique in parochijs suis, qui cum animarum cura regendas ecclesias susceperunt. Et vt possint episcopi alios melius ad honestatem vestium, tonsuram, & coronam decentes & equorum ornamenta idonea coartare : prouideant vt in suis lericis commensalibus hoc prius faciant obseruari, habentes eos in vestibus, calcaribus, frenis, & fellis clericalis gerentes habitum honestatis.

De

De clandestinis matrimoniis quorundam clericorum & de clericis concubinariis.

Innotuit nobis referentibus plurimis fide dignis q̄ multi propriæ salutis immemores matrimonijs contractis clandestine, retinere cū vxoribus ecclesias & ecclesiastica adipisci beneficia de nouo: & promoueri ad sacros ordines contra statuta sacrorum canonum non formidant.

Deinde processu tēporis cum prole susceptā ex tali copula expedire videtur ipsis viuentibus vel defunctis per testes vel instrumenta probare contracta fuisse matrimonia inter eos. Verum quia per clericos matrimonio suo contubernio, intendentes procurari animarum perditio, & negligi salus earum, et ecclesiastica substantia diripi consueuit. Vt animarum saluti, & ecclesiarum commodo consulatur huic morbo qui multum inualuisse asseritur sic duximus occurrendum. Vt si repertum fuerit aliquos

quos taliter cõtraxisse, et ab ecclesiis et ecclesiasticis beneficijs, quibus tam eos, q̃ quoslibet vxoratos fore decernimus ipso iure priuatos, remoueantur omnino. Et si qua bona post huiusmodi matrimonium qualitercunq; quesita fuerint per ipsos, seu per submissas personas de bonis eorum, ea nequaq̃ filiis vel vxorib9 hmõi: sed ecclesijs quas tenuerunt, vel in quibus habuerunt beneficia protinus applicentur. Ipsi quoque filij ad ecclesias, & ecclesiastica beneficia, & ecclesiasticos ordines, velut irregulares nullatenus admittantur: nisi cum eis fuerit exigentibus meritis canonice dispensatum.

De successione tollenda in ecclesiasticis beneficiis.

Licet ad profugandum a laríb9 ecclesiæ putridum illud turpitudinis libidinosæ contagium quo decor ecclesiæ grauiter maculatur: studuerunt semper ecclesiarum rectores ipsum cum tantæ improbitatis existat:

vt semper se ingerat impudenter. Nolentes igitur tantam ecclesiasticæ dignitatis ignominiam conniuentibus præterire oculis incorrectam, statuta Romanorum pontificum, & maxime decretalem Alexandri papæ super hoc editam exequẽtes, statuim⁹ & statuẽdo p̃cipim⁹, vt clerici & maxime in sacris ordinibus cõstituti, qui in domibus suis publice detinent concubinas: nisi eas a se remoueant prorsus infra mensem, ipsas vel alias decetero nullatenus retenturi, ab officio et beneficio sint suspensi. Ita quod quousq; super hoc satisfecerint, de beneficijs ecclesiasticis se non intromittant. Alioquin ipso iure eos decernimus fore priuatos.

Volumus quoq; & districte præcipimus, vt archiepiscopi & episcopi diligentem super hoc faciant per omnes decanatus inquisitionem fieri, & quod statuimus obseruari.

De successione tollenda in ecclesiasticis beneficijs.

iccet

Licet adeo detestati fuerint sancti patres q̄ ecclesiastica beneficia iure possent hæreditario possideri vt in eis etiã sit ecclesiastica interdicta successio sobolis bene natæ. Quidã tamen de nephario coitu procreati pede impudentiæ iuris & honestatis etiã autoritatem calcantes in beneficia huiusmodi quæ patres eorum nullo medio tenuerunt irrumpere atq̄ ausu tenere temerario non formidant. Hoc igitur nos ad reuelandum honestatis ecclesiasticæ statum ad partes istas venimus attendentes statuendo districtius prohibemus et prohibendo statuimus, vt ecclesiarum prelati aliquos tales in beneficiijs hmõi quæ patres eorum quocunq̄ titulo tenuerũt in totum vel in partem quocunq̄ colore vel fraude instituere, vel vndecunq̄ admittere immediate de cetero nõ p̄sumãt. Illos vero qui iã illicite hmõi bñficia sunt adepti eos p̄senti statuto decernim⁹ fore priuatos. *De latronibus non defendendis. &c.*

Contra latronum flagitia, quibus
C nimis abūdat regio Anglicana:
quod nequaq̄ esset, vt accepim⁹
nisi maiores eos defenderent, vel tene-
rent: hic duximus statuendum vt nemo
eos protegat, vel defendat, seu teneat in
domibus suis, uel in villis, quos sciuerit,
vel manifestum fuerit latrocinium ex-
ercere. Eos autem qui contra hoc fe-
cerint, si tertio moniti per ecclesiasticum
iudicem ordinarium, ipsos a se non
abiecerint, excommunicationi eccleſia-
sticæ subiugamus. Monitionem autem
volumus & statuimus sufficere genera-
lem: etiam si fiat alicuius nomine non
expresso: dummodo ita publice & solen
niter fiat, q̄ ad eorum noticiam valeat
peruenire.

De esu carnium quo ad monachos.

Audiuimus & letati sumus quod
A religiosi viri abbates ordinis san
cti Benedicti per Angliam con
stituti, conuenientes nuper in capitulo
suo

ſuo generali tanq̃ filij obedientiæ, iuxta ſermonem propheticum ad ſuos termi= nos reuertentes prouide ſtatuerunt: vt de cetero ſecundum beati Benedicti re= gulam ab eſu carnium debeant abſtine= re: exceptis debilibus & infirmis quibus debet ſecundum eiuſdem regulæ conti= nentiã in infirmario puideri: quod vtiq̃ approbantes ſtatuimus inuiolabiter ob= ſeruari. Adijcimus quoq̃ quod poſtq̃ nouicij anno probationis finito geſtaue= runt habitum monachalem ad profeſſio= nem faciendam iuxta decretalem fœli= cis memoriæ Honorij Papæ diſtrictio= ne canonica per abbatem protinus com pellantur. Nullus enim qui profeſſionẽ non fecerit in Abbatem vel Priorem ali quatenus admittatur Hæc autem quæ et de profeſſione finito probationis tem= pore facienda diximus ad canonicos re= gulares & moniales duximus prorogan da. Super aliis vero quæ ad correctionẽ aut reformationem tam eorum quam a=

liarum regularium nouerimus pertinere prouidere intendimus: et quæ ecclesiis eorũ vtilia ipsisq; salubria fuerint concedente dño statuemus et statuta mandabimus p eorũ capitula solẽniter publicari.

De procurationibus & visitationibus archidiaconorũ.

De archidiaconis quoq; statuimus vteccleſias vtiliter, viriliter, & fideliter, visitent: de sacris vasis & vestibus, & qualiter diurnis & nocturnis officiis ecclesiæ seruiatur, et generaliter de tẽporalibus et spiritualibus inquirendo, et quæ corrigẽda inuenerint corrigãt diligenter. Ecclesias aũt superfluis nõ grauent expensis: sed procurationes dumtaxat exigant dum visitant moderatas: nõ secũ extraneos: sed modeste se habeant tam in familia q̃ in equis. Cum aũt visitent aut corrigant seu crimina puniant, aliquid ab aliquo recipere non p̃sumant, nec sententiis aliquos inuoluant iniuste quo ab eis pecuniã possint extorquere. Cum hæc et talia

lia sapiunt prauitatẽ decernimus, vt qui talia agere p̃sumpserint, sic extorta in duplũ erogare in pios vsus arbitrio episcopi compellantur, alia nihilominus salua pœna canonica contra eos. Sint autẽ solliciti frequenter interesse capitulis per singulos decanatus, in quibus diligenter instruant inter alia sacerdotes, & bene sciant & sane intelligant verba canonis & baptismatis, quæ scilicet sint de substantia sacramenti,

De concordia reformanda & pace sine impedimento.

CEterum districtius duximus inhibendum, ne ecclesiarum prælati: & maxime archidiaconi, decani, vel officiales eorum, vel etiam quicunq; alij ad vniuersitatem causarum ecclesiasticarum vel alia negocia ratione iurisdictionis ecclesiasticæ, vel officij spiritualis ecclesiæ forum contingentia delegati: quin de discordiis vel querelis pax vel concordia inter partes aliquatenꝰ impedire,

Sed quandocunq; partes voluerint a iudicio per compositionem recedant: dummodo sit tale negocium super quo iure possit transigi vel componi, nec exigatur propter hoc aliquid ab eisdem.

De officio archiepiscoporum & episcoporum.

Quid ad venerabiles patres archiepiscopos & episcopos pertineat seu incumbat ex officio faciendum nomen dignitatis eorum quod episcopus id est superintendens exprimit euidenter. Intendere quippe habẽt supra gregem suum iuxta verbum euangelicum noctis vigilias custodire Cum igitur debeant esse forma gregis ad quã se debent subditi reformare, quod nequit fieri, nisi se omnibus exhibeant in exemplar. Exhortamur eos in domino, & monemus, vt moram trahentes apud cathedrales ecclesias congruente mimissas ibidem celebrent, in præcipuis saltem solennitatibus, et in diebus dominicis in quadragesima & in aduentu.

Cir-

Circueant præterea dioceſes ſuas tempo ribus oportunis corrigendo, reforman= do, & conſecrando eccleſias, & verbum vitæ in agro dominico ſeminantes. Ad quæ omnia melius exequenda profeſſio nem quam in conſecratione ſua fecerint ſaltem bis in anno: in aduentu ſcilicet & in maiori quadrageſima faciant ſibi legi.

Ne cauſæ matrimoniales iudicibus imperitis committantur. &c.

C Vm non ſolum poteſtas: ſed diſcretio & ſcientia in diffini= endis negotijs potiſsimum re= quirantur: ſolerter eſt ab omnibus præ= cauendũ, ne talis iudex vel cognitor de= putetur, per ſimplicitatem cuius, imperi= tiam vel ruditatem inutilis feratur ſen= tentia, vel iniuſte abſoluatur reus no= cens: vel innocens condemnetur. Propte rea duximus ſtatuendum quod matri= moniales cauſæ quæ inter ceteras cum maturitate magna & diligentia ſunt tra=

ctandæ

standæ, viris prouidis, fide dignis, & habentibus iuris peritiam, vel saltē cōpetēs exercitium cōmittātur. Si qui vero abbates, archidiaconi, vel decani habēt ex priuilegio vel consuetudine approbata, q̄ de matrimonialibus causis cognoscant, diligenter ipsas examinare procurent, ita q̄ tam ipsi q̄ delegati eorū ad diffinitiuam sētentiam non procedant, nisi habita prius deliberatione de causę maritis cum diocesano episcopo diligenti: ipsiusque requisito consilio & obtento. Ad quod tam exemptos teneri volumus, q̄ speciali priuilegio communitos.

De iuramento calumniæ.

IVsiurandum calumniæ in causis ecclesiasticis & ciuilibus, & de veritate dicenda in spiritualib⁹ quo & veritas aperiatur facilius: & causæ celeri⁹ termi nētur: Statuimus præstari decetero in regno Angliæ secundū canonicas & legi-

timas

timas sanctiones obtenta in contrarium consuetudine non obstante.

Huic statuto similiter annectẽtes: vt iudiciales indutiæ iudicis dentur arbitrio iuxta legitimas & canonicas sanctiões.

De officio procuratorum.

VSum procuratorum in obsequium iusticiæ introductũ, vt si quis causæ suæ non potest intendere, per alium in sua absentia releuetur, conuertit frequenter antiqui hostis inuidia in abusum. Et consuetudine nam vt dicitur hic habetur, vt citatus ad diem certum procuratorem tantum constituat ad eundem absque literis vel per literas sigillo autentico non signatas, vnde fit vt dum talis procurator vel probare mandatum, vel fidem literis imponere non potest, per testes aut aliud impedimẽtum occurrit: nihil agitur illa die.

Sed nec

Sed nec exspirante procuratoris officio in sequenti die sicq; perit illa instãtia sine fructu. Huic igit̃ fallaci cautelæ clipeũ apponere cupientes: statuimus vt de cetero in causis ecclesiasticis regni Angliæ procurator constituatur simpliciter: vel si costituatur ad diem , non ad vnum tantum, sed ad plures si opus fuerit constitui volumus & intelligi constitutum, Mandatum etiam per scripturam probetur autenticam: nisi apud acta fuerit constitutus aut sigillum autenticum de facili nequeat constituens inuenire.

De citationibus faciendis.

Tanto calliditatis studio prosequuntur se alterutrum litigãtes vt in supplantatione alterius calcato iustitiæ cultu alter faciat quicquid possit. Denicq; a multis accepimus quod citatorias literas impetrantes eas ad locum in quo morari dicitur qui citatur per tres destinant garcones quas super altari loci eiusdem ecclesiæ, vel ibidẽ

in

in loco alio duo ponunt: & tertius ſta=
tim rapit. Ex quo fit q̃ duobus teſtificā=
tibus poſtmodum q̃ illum citaue=
runt iuxta morem ſiue regionis conſue
tudinem, excommunicatur ſiue ſuſpen=
ditur vt contumax: qui contumaciæ
prorſus, vtpote citationis inſcius, ex=
pers erat. Hunc ita q̃ abuſum tam dete=
ſtabilem, & alios ſimiles ʒelo⁹ iuſticiæ
proſquentes ſtatuimus: vt per impetran
tes vel eorum nuncios in cauſis eccleſia=
ſticis regni Angliæ literæ citatoriæ de=
cetero non mittantur: ſed iudex modera
tis ſumptibus impetrantis per ſuum fide
lem nuncium eas mittat, qui vocandum
diligenter perquirat: quem ſi reperire
non poterit die dominico vel alio ſolen=
ni apud eccleſiam loci illius in quo dege
re conſueuit dum miſſa cantatur publi=
ce literas legi faciat & exponi. Vel ſal=
tem ad decanum in cuius decanatu mo=
ratur qui vocandus exiſtit citatio diriga
tur: qui a iudice miſſus hoc fedeliter
pro=

ꝓsequatur per se vel per suos certos nũcios & fideles. Quodq; inde fecerit eidem rescribere iudici non omittat.

Quæ literæ falsæ dicantur: & de pena eorum qui eis vti præsumunt.

QVanto scripturarum quæ sigillo autentico muniuntur est vsus magis necessarius in partibus Anglicanis vbi publici notarij non existunt, tanto diligentius est cauendum ne per aliquorum violentiam vel insolertiã possint protrahi ad abusũ. Conficiũtur enim vt audiuimus literæ, ac signant: non tamen a minoribus clericis, verum etiam a prælatis in quibus cauetur aliquem cõtraxisse & contractui vel negocio affuisse, vel extitisse aliquem ad iudicium euocatum: seu sibi literas citatorias presentatas: qui tamen nunquam presens fuerat vel inuocatus, immo forsitan in alia prouincia vel dioceſi tunc degebat.

Ceterum cum scripturæ huiusmodi falsitatis vitium contineant manifeste: fieri talia

talia decetero inhibentes vel similia di-
strictius prouida deliberatione sancimus
quod qui fuerint in his deliquisse con-
uicti, & qui talibus literis maxime in al-
terius prætudicium p̃sumpserint ac per-
seuerauerint vti scienter: pœna falsitatis
& instrumentis falsis vtentes debita pu
niantur.

Quomodo prelati & alij officiales sigilla autentica debent habere.

Q voniã tabellionum vsus in re-
gno Angliæ nõ habetur, ꝓpter
quod magis recurri ad sigilla
autentica est necesse: vt eorum copia fa
cilius habeatur; Statuimus vt sigilla ha
beant: non solum archiepiscopi et episco
pi, sed etiam eorum officiales. Item abba
tes, & priores, decani, archidiaconi, &
eorum officiales, decani etiam rurales:
necnon & eccleſiarum cathedralium ca
pitula, & cætera quæ cꝫ collegia & cõuẽ
tꝰ simul cũ suis rectoribꝰ, aut diuisim iux
ta eorum consuetudinem vel statutum.

Pro

Pro varietate quorum prædictorum cu iuslibet, habeat vnusquisq; sigillum & nomen, puta dignitatis vel officij collegij & etiam illorum proprium nomen qui dignitatis vel officij perpetuo gaudēt honore insculptum notis & charactateribus manifestis, sicq; sigillum autenticū habeatur. Denicq; illi qui temporale officium susceperunt, puta decani rurales & officiales sigillum suum quod tantum officij sui habeant insculptum.

Finitoq; officio ei a quo habebāt officiū, continuo & sine mora resignent. Sane de custodia sigillorum curā haberi præcipimus diligentē, vt scilicet vnusquisq; per se illud custodiat, vel vni soli de cuius fide confidat custodiendum cōmittat, qui etiam iuret quod illud fideliter custodiet, ne ad sigillandum aliquid alij cuicq; concedat: nec ille etiam aliquid inde sigillet ex quo posset alicui præiudicium generari, nisi quod dominus eius prius viderit & legerit diligenter, & sic præceperit

præceperit sigillari. In faciendo vero sigilli copiam fidelis & prouida sit cautela: fidelis, vt indigẽtibus de facili præbeatur: prouida, vt falsis & fraudulentis penitus denegetur. In principio quoq; vel fine cuiuslibet scripturæ autenticæ sufficientem datam statuimus inseri diei temporis atq; loci.

De iuramento aduocatorum, & de custodia actorum originaliũ, & de cautione præstãda ab eo qui mittitur in possessionem.

Clamorem iusticiæ audiuimus consequẽter quod eam nimis impediunt per cauillationes, & versutias aduocati necãt eam plerũq; per ignorantiam iudicis imperiti, & illudunt ei per contumaciam sæpe partes. Nam contingit aliquando quod missus in possessionem tam rei seruandæ ipsam retinere contendit: licet aduersarius reddeat annum: & iuri per omnia satisfacere sit paratus. Aliquando vero qui in possessionem missus fuerit: nec infra an

numnec post quantumcunq; verus con stituatur possessor: valet illam possessi onem resistente cum armis aduersario adipisci. In adiutorium quoq; iustitiæ as surgentes huius sancti approbatione cõ silij statuimus: vt qui aduocati officium voluerint generaliter promereri apud di oc esanum: cuius origine vel domicilio iurisdictionis existit præbeat iuramen= tum: quod in causis quarum patronus existit patrocinium fidele præstabit, nõ ad differendam vel auferendam alte= rius partis iusticiam, sed ad causam clien tuli sui legibus differendo: & rationib9 vtendo intendat, alias autem non ad= mittatur. In causis quoq; matrimoniali= bus & ecclesiasticis: nisi iuramentum si= mile velit præstare singulariter in eisdẽ: Sed nec in alijs causis coram ecclesiasti= co iudice vltra tres terminos absq; iura= mento hmõi nullatenus admittatur, nisi ecclesia sua, vel domino, aut ami=

co

eó notorio, seu paupere extraneo: vel persona miserabili duxerit forsitan postulandum. Caueant autem omnes aduocati, ne per se vel per alios testes subornent, vel partes instruant falsum deponere, vel supprimere veritatem. Qui vero contra fecerint: ab officio & beneficio ipso facto sint suspensi: quousque super hoc satisfecerint competenter. Et alias nihilominus, si de hoc conuicti fuerint, pœna debita puniantur. Iudices quoque iuris ignari, si dubium aliquod emerserit, ex quo poterit alterutri partium graue præiudicium generari: expensis vtriusque partis, alicuius consilium aduocent sapientis. Statuimus etiam vt in quantum potuerunt constitutionem generalis consilij, tam in ordinarijs, & in extraordinarijs iudicijs obseruantes, acta orginalia & autentica dili-

genter ac fideliter penes se custodiant: vel per scriptores suos faciant custodiri: & partibus inde vt debuerint copiam faciant: quibus omnia postq; scripta fuerint statuimus & statuendo præcipimus publicari: vt si erratum fuerit in scribendo corrigatur vt veritas possit de his quæ acta fuerint liquido apparere. Prouideãt præterea iudices vt cum aliquem decreuerint fore in possessione mittendum: ob contumaciam partis aduerse de restituenda possessionem cum fructibus si aduersarius infra annum redierit ad mãdatum ecclesiæ: ab eo etiam qui mittendus fuerit congruam recipiat cautionẽ Illum quoq; qui possessionem retinere præsumpserit violenter in quam ob eius contumaciam alius missus fuerit: et post annum etiam verus possessor constitutus iure si quod habuerit in eadem re ne decernimus fore priuatum.

De

DE OTHOBONO LEGA-to. ex Polid. hist. Angl. lib. xvi.

AGEBATVR ANNVS HV mana salutis. m. c c. lxij. ac cum regnare cœperat Henricus tertius. xlv. cum Vrbanus Rom. pont. qui Alexandro successerat, certior factus de intestino bello inter Henricum & eius optimates, misit in Angliam Othobonum diaconum Cardinalem, diui Hadriani legatum, qui omnes tolleret controuersias, concordiamque conglutinaret. Anno autem salutis. m. c c. lxvi. Othobonus Legatus concilium sacerdotum frequens Northamptoni, & alterum Londini habuit, vbi postquam res quæ ad religionem pertinerent commodiorem in statum perduxerat, legesque tulerat, quibus etiam nunc Anglia vtitur, illo ipso qui insecutus est anno perfunctus Legationis officio, Romam rediit.

De eodem Othobono postea ad summum pontificatũ Romæ, sub Adriam v. nomine cooptato Platina in vitis pontificum, sic scribit

Adrianus. v. patria Genuensis, familia Fliſca, Othobonus antea vocatus, romæ in atrio Lateranensi pontifex creatur. Fuit autẽ Innocentii quarti nepos, S. Adriani diaconus Cardinalis ab eodem creatus, & in Angliam legatus cũ summa potestate missus, ad sedandũ tumultũ inter regem & barones ortum &c. Moritur aũt Viterbij ante munus consecrationis suæ die. xl. sepeliturque in conuẽtu fratrum minorum. Hac Platina.

CONCILIVM DOMINI Othoboni.

Præeminm.



Thobonus miseratione diui na sancti Adriani diaconus Cardinalis, apostolicæ sedis legatus: ad perpetuam rei me moriam. Mandata dei & lex altissimi da ta sunt a diebus antiquis : vt creatura quæ fregerat iugum, recedens a pace dei sui venturum pacificum regem re conciliatorem medium & instaurantem omnia pontificem manentem sub obser uantia legis et mandati: tanq; lucernæ et lucis data spe, quasi vmbraculo in patrũ promissionib⁹ expectaret. Hec aũt est di gnitas adoptiuorũ spõsæ, et gloria filio rũ sãctæ matris ecclesiæ: vt audiãt ex ea mãdata vitæ custodientes cor suũ in illis in pacis pulchritudine, pudicitiæ clarita te ac regimine modestiæ appetitum no xium sub rationis iudicio subiugantes.

Ad

Ad cuius rei comõdã executiouem sanctorum patrũ decreta per ora ipsorũ diuinitus ꝓmulgata iusticiæ regulas, & æquitatis dogmata cõplectẽtia, quasi lata flumina ꝓdierunt, & tã sũmorũ pontificum, ꝙ ipsius apostolicæ sedis legatorũ, aliorũq; prælatorum ecclesiæ sanctæ toto orbe diffusæ constitutiones sacræ, tanquam riuuli de fluminum latitudine per diuersorum temporum necessitatem sũt proditæ: vt nouis morbis fragilitate humana grauata noua remedia ꝓuenirẽt Sed effrenis illa cupiditas, quæ in primis generis humani parentibus radices misit, ita virus suum in posteros seminauit ita per illicitos motus cæca discurrit, vt comminuta virga virtutis & discretionis ad aliena irreuerenti fronte prosiliat, & quasi ebria se dimittat. Quo fit vt corruptæ mentis auiditas nec abstinere a vetitis nouit, nec gaudere permissis, neque ad bona consensum adhibeat pietatis.

Sane si antiqua & remota pestis huiusmodi exterminia dolenda suscipimus amarius flendo modernum vulnus incũbens quod non modo auribus sed etiam oculis & manibus se palam exhibet estimamus, eo quod temporis huius dies mali quanto a primis longeuitate discedant tanto duriore ceruice in profundiora malorum contemptu damnabiliori descendant dum iuris semita derelicta diuertitur in obliquum. Cedit potentiæ veritas, & iustitiam fauor expellit, & dum omnes quæ sua videntur exposcunt: quæ Christi sunt, quæ animarum saluti, & profectibus consulunt, quæ ecclesiarũ decus exigunt non solum negligentiæ nebulis, sed etiam in despectis & ignorãtiæ latebris tenebrosis abscondunt.

Nos igitur ad regimen Angliæ inclitũ quod diebus proximis a gloriæ suæ culmine in extinctionẽ vtriusque potestatis exciderat: Necnon ad regimen Scotiæ, Hyberniæ, & walliæ partes, de gremio

gremio ſanctæ matris eccleſiæ commiſ-
ſo nobis in ipſis plenæ legationis officio
deſtinandi, plantandi, & euellendi, atq;
ædificandi ſolicitudine de manu ſanctiſ-
ſimæ patris domini Clementis ipſius ſan
ctæ vniuerſalis eccleſiæ ſummi pontifi-
cis. Non exaffectu propriæ voluntа-
tis, ſed pro debitæ obedientiæ bono ſu-
ſcepto, vt noſtrum iuxta doctrinam apo
ſtoli miniſterium impleamus. Cum ſa-
crorum canonum ſtatuta, quorum imi-
tationem principum quoq; ſecularium
leges aſſumunt: Conſtitutiones quoq;
bonæ memoriæ Othonis Portuenſis e-
piſcopi, tunc ſancti Nicolai in carcere
Tull. Diaconi Cardinalis in regnis An
gliæ & Scotiæ apoſtolicæ ſedis Legati,
necnon prouincialium conſiliorum pro
uiſiones, mores, & act⁹ fideliũ ſubdito-
rũ ſalubriter informãtes. Horũ quia ali-
qua ſiquidẽ pauci aliqua vero a nullis in
uenerim⁹ obſeruari. Dignũ duxim⁹ p̃ſẽ
ti ſacro ap̃pbante conſilio, ad omnẽ ſan
ctam

ctam, & deo placidam obſeruationem certas conſtitutiones facere: atq; iã promulgatis certa quædam capitula, nec non pœnas adjcere, quæ autore deo profectum valeant inducere ſalutarem.

De baptiſmo.

INgredientibus hoc mare magnum mundum, videlicet naufragijs plenũ, Prima tabula nos ad portum ſalutis adducens baptiſmus eſſe dinoſcitur quẽ omnium ſacramentorũ eſſe ianuam ſaluator noſter inſtituit. Et eum ſequentiũ ſanctorum patrum teſtatur autoritas. Cum igitur circa ingreſſum ianuæ error maxime periculoſus exiſtat, Prædictus legatus quoſdam ab idolatria execrabili reuocans, qui temporibus deputatis ad baptiſmũ ſolẽniter celebrandũ, ſabbato ſancto ſcilicet ante reſurrectionẽ domini, & ſabbato ante pentecoſten ſuſpicabãtur periculum, ſi diebus hmõi pueri baptiſentur, ſtatuit vt a tanto errore populus auerteretur prædicatione frequenti.

quenti, et induceretur ad ſolenniſandum in prefatis diebus baptiſmum ad ſuos pueros baptiſandos. Cum autem nemo prorſus debeat ab hmõi perceptione ſacramenti dimitti, poteſt a quocunq; neceſſitatis caſu occurrente conferri, & collatum in forma eccleſiæ proficit ad ſalutem. Quia vero multorum ſimplicitas in baptiſmi collatione deficeret, cum neceſſitatis articulus immineret: niſi a miniſtris chriſtianæ fidei docerentur: a prædicto Legato inuenimus prouide conſtitutum, vt parochiales preſbyteri formam baptiſmi firmiter addiſcentes, eam parochianis ſuis frequenter exponant diebus dominicis in vulgari: vt ſi articulus neceſſitatis emergat, in quo oportet per ipſos aliquem baptiſari, eam ſciant & valeant obſeruare. Nos igitur quod in hmõi ſtatuto de preſbyteris parochialibus eſt expreſſum ad perpetuos eccleſiarum vicarios extendimus, & ab ipſis præcipimus obſeruari.

Et

Et quia præter certum salutis periculum non potest hoc negligi vel omitti, adiiciendo statuimus & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, vt quilibet archidiaconus contra presbyteros & vircarios ipsos inquisitionem faciat diligentem quos hoc salubre statutum inuenerit nō seruare grauiter prout rei qualitas exegerit puniendo.

Ne pro sacramentis ecclesiasticis aliquid exigatur: & quod forma in confessione seruetur.

Quoniã cæca cupiditas ita ruit in præceps, vt opum terrenorum questu minime contenta pro sacris etiam & diuinis, quæ estimationem non capiunt precium prophana venalitate suscipiat: Præfatus Legatus contra hoc statuit & præcipit oleum sanctificatum & chrisma a ministris ecclesiæ pure ac deuote qualibet excluſa cupiditatis labe conferri, nulla difficultate in eis exhibendis adhibita prætextu alicuius consuetudinis qua dicatur ab eis qui ea recipiunt

piunt aliqua quibuslibet persoluenda. Nos igitur huiusmodi constitutioni dicti Legati adijciẽdo statuimus, vt super his tam episcopi quam archidiaconi per loca suæ iurisdictionis, contra percipientes inquisitionem faciant diligentem, & quos tales inuenerint, tanq; symoniacos puniant secundum canonicas sanctiones. Quod si hoc implere neglexerint, episcopus a pontificalibus, archidiacon⁹ ab officio, quousq; rem emẽdauerint sint suspensi. Quæ omnia circa illos qui antequam ad pœnitentiam confitentes admittet, quicquam ab eis exigant vel extorquent, et qui alia quælibet sacramẽta interuentu pecuniæ conferunt districte præcipimus obseruari. Omnes autẽ qui confessiones audiunt aliquorum: a peccatis expresse confitentes absoluãt; verba subscripta specialiter exprimentes Ego te a peccatis & etiã autoritate qua fungor absoluo. Et quoniam confitens in ipso confessionis actu signa debet cõ

tritionis

tritionis & humiliationis ostendere pre-
cipimus : vt omnes qui confessiones au-
diunt confitentes inducant, vt cum reue-
rentia & humilitate sacerdoti confiteã-
tur peccata. Ad hæc quia maior est cedes
animæ quam corporis, cum illa perpetua
sit, hæc autem breuis angustatione
temporis depereat, nemo remedium
confessionis auferat postulanti. Quod in
custodibus carcerũ aliquando circa cap-
tiuos fieri miserabiliter audientes: statui
mꝰ, vt si qui decetero in hoc casu vel alio
gratiam confessionis inhibuit carcerato
vel alij in pœnam immanis sceleris, cum
ipse ad mortem peruenerit, nisi ad mãda-
tũ sui ep̃i aut prælati in vita satisfecerit
careat ecclesiastica sepultura.

De consecratione ecclesiarum.

Omus dei materiali subiecto non
D differens a priuatis, per myste-
rium dedicationis inuisibile fit templum
domini ad expiationẽ delictorũ, & diui-
nam misericordiam implorandam, vt ea

sit

sit mensa, qua panis viuus qui de cœlo descendit pro viuorum & mortuorum suffragiis manducatur. Ne igitur tam salubre mysterium contemni vel negligi videretur, a dicto legato inuenimus statutum, vt omnes cathedrales, uel conuentuales, collegiales, & parochiales ecclesiæ a tempore perfectionis ipsarum, infra biennium per diocesanos ad quos pertinet, uel eorum autoritate per alios munus consecrationis accipiant.

Quod si loca hmõi a perfectionis tempore infra biennij spacium non fuerint dedicata, idem Legatus eadem vsq; ad cõsecrationem a missarum solennijs manere statuit interdicta, districte inhibens, ne abbates, aut ecclesiarũ rectores antiquas ecclesias cõsecratas sub ptextu amplioris seu pulchrioris fabricæ faciendæ diruere præsumant, absque diocesani episcopi licentia & consensu: qui diligenter consideret, utrum expediat dare licentiam huiusmodi, aut negare.

Nos

Nos igitur huiusmodi salubre statutum negligi aut contemni a plurimis cognoscentes statuimus adijcentes, vt is qui ecclesiæ nondum consecratæ rector aut gubernator existat, siue ipsius vicarius: infra annum post ecclesiæ constructionē episcopum suum, si comode fieri possit, super ipsius ecclesiæ consecratione requirat. Alioquin archidiaconum suū vt per ipsum infra tempus prædictum super hoc episcopus requiratur.

Quod si rector aut gubernator huiusmodi siue vicarius, aut archidiaconus, ab huiusmodi requisitione destiterint, ipsos extunc donec ea fecerint ab officio decernimus manere suspēsos. Episcop⁹ vero qui ab eis taliter requisitus ecclesiā detractauerit consecrare per se vel per alium, nisi consecrandarum ecclesiarū in sua dioceſi multitudo tempus in aliquibus differat consecrandi, aut aliud legitimum impedimentum excuſet, extunc a dalmaticæ tunicæ & sandalium

vſu

vsu: donec eam duxerit consecrandam nouerit se suspensum, quæ in ipso actu cõsecrationis illico reassumat. Gratis autem & sine omni penit⁹ exactione, debita procuratione excepta, studeat episcop⁹ mysterium consecrationis præbere: ne vltione diuina cum symone vel giezy percellatur.

De clericis arma portantibus cum furibus.

QVoniam in armis virtutum consistit securitas innocentiæ christianæ, docet apostol⁹, vt induamur armatura dei, & gladio sancti spirit⁹ accingamur, eo q̃ nõ sit nobis colluctatio aduersꝰ carnem & sanguinem: sed aduersꝰ principes tenebrarũ, qui nõ armis ferreis, sed orationib⁹, & lachrimis, & virtutum operib⁹ expugnant. Cum igitur clericis qui in p̃claram Christi hæreditatem sunt assumpti, vsꝰ armorũ diuini & humani iuris autoritate sit omnino p̃hibit⁹, ita etiam quod iustitia eis ad offensionem seu vindictã nullatenꝰ sit p̃missa⁹,

Nos ecclesiastici honoris zelo succensi, eorum abhominamur enormes excessus qui diuini nominis & suæ honestatis oblíti arma deferre præsumunt, & se furibus ac prædonibns ac alijs malefactoribus sociantes: prædas, rapinas, & furta participant: non solum in priuatorum hominum bonis: sed ecclesiarum & aliis quacunq; occasione repositis in eisdē vel clausttis vel cymiterijs earundem talia nepharia committentes. In his ergo tam horrendis sceleribus clericos debachantes, pia salutis prouisione prosequimur statuentes, vt quicunq; in clericali ordine constitutus arma detulerit, vel alias deliquerit in præmissis ipso facto vinculum excommunicationis incurrat & nisi postmodum monitus infra certū terminum a prælato suo præfigendum ad ipsius prælati arbitrium satisfecerit: extunc ipso facto omni eiusdem regni beneficio ecclesiastico sit priuatus. Et nihilominus ordinis sui periculo se nouerit subiacere

facere: qui si forte beneficium ecclesiasti cum nullum prius habeat, ne sine pœna tanti sceleris remaneat, per quinquennium sit inhabilis ad beneficia quælibet obtinenda. A prædicta vero sententia excommunicationis a suo diocesano nul latenus absoluatur, nisi prius ad ipsius diocesani arbitrium satisfecerit in præmissis.

De habitu clericorum.

CVm sancti euangelij veritas hominem nuptialem vestem non habentem iubeat foras mitti, quamq; de virtutum ornatu illud dictum esse sacra expositio doceat, quia tamen per exteriorem habitum sæpe interior designatur, oportet hunc exterius talem ostendere: vt ei qui intus debet esse veri similiter coaptetur: ne ex habitu forte indecenti is qui gestat in seipso vilis appareat: aut corda videntium pro facilitate iudicij scandaliset.

Prouide tam ab antiquis quam a moder nis patribus tradita est moderatio: quã clerici qui iuxta nominis interpretatio nem in sortem domini sunt vocati, in habitu exteriori sequantur, qui in se lũ bos precingere & lucernas ardentes in manibus gerere edoçentur.

Ex horum consideratione bonæ memo riæ prefatus legatus statuendo precepit, vt ad formam tam de vestibus clerico rum, q̃ etiã de ornamentis equorũ in ge nerali consilio editam per subtractionẽ beneficiorum ab episcopis compellan tur: ita quod in mensura decenti vestes habeant, & capis clausis vtantur in sa cris ordinibus constituti: maxime in ec clesijs, & coram prælatis suis, & conuen tibus clericorum, & vbiq; in parochiis suis, qui cum animarum cura ecclesias regendas susceperunt. Et vt melius pos sent episcopi alios ad honestatem vestiũ, & torsturas, & coronas decẽtes, & equo rum ornamenta idonea coartare: prouis

de ant

deant vt a suis clericis commensalibus, hæc prius faciant obseruari, quod in vestibus talaribus, frenis, & sellis, clericalis gerant habitum honestatis Nos autem grauem & peruersum nimis abusū contra premissa quasi generaliter diffusum in clericos harum nostræ legationis partium detestantes, in quo deus irrideri videtur, obfuscatur decus ecclesiæ, clericalis ordinis celsitudo deprimitur, Christus a suis militibus insignia deferentibus aliena deseritur decus honestatis ecclesiæ maculatur, dum clericum a laico respiciēs oculus non discernit: sitq; omnibus vere fidelibus in scandalum vel despectum.

Statuimus & districte præcipim⁹, vt clerici vniuersi vestes gerant non breuitate nimia ridiculosas vel notandas: sed saltem vltra tibiarum medium attingentes. Aures quoq; patentes crinibus non coopertas: & coronas habeant probāda latitudine condecentes, in quibus p̄ci

pue terrenorum depositio & regularis sacerdotij designantur: nec nisi in itinere constituti unquam, aut in ecclesiis, vel corã prælatis suis, aut in conspectu cõmuni hominum publico infulas quas vulgo coyphas vocant, portare aliquatenus audeant nec præsumant. Qui autem sunt in sacerdotio, qui etiam sunt decani, aut archidiaconi, nec nõ omnes in dignitatibus curam animarum habentib⁹ cõstituti: capas clausas deferãt, nisi forte causa itineris, vel alia iusta causa & honesta aliã uestẽ gerãt. Si qui vero in sacerdotio, vel in dignitatib⁹ cõstituti, aut curã aiarũ habẽtes, seu ecclesiarũ cathedraliũ canonici, cõtra p̃missa in infulis, corona, vel tõsura deliquerint: si moniti nõ emẽdauerint ipso fctõ: ab officio suspẽsionẽ incurrãt, in qua si p̃ tres mẽses pstiterint: ex tũc a bñficio sint suspẽsi, nec pri⁹ per suos dioceſanos ab hmõi sñis absoluant̃: quã sextã reddituũ suorũ anni illi⁹ partẽ persoluãt per ipsos dioceſanos fideliter pauperib⁹ erogãdã: saluis alijs

pœnis cõdignis, quas ꝑlati ſubditis in his delinquẽtib⁹ voluerint irrogare. De ipſis ſacerdotib⁹, archidiaconis, et decanis, et alijs in dignitatib⁹ cõſtitutis qui in veſtiũ habitu cõtra ꝑmiſſa deliquerit: hæc eadẽ ſtatuim⁹ obſeruari. Reliquos vero clericos in premiſſis delinquẽtes ſuorũ ꝑlatorũ arbitrio relinquim⁹ puniẽdos. Præcipim⁹ aũt in virtute ſãctæ obediẽtiæ vniuerſis archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconis, et ceteris prelatis: vt in locis ſuæ iuriſdictioni ſubiectis ſuper premiſſis diligẽter inquirãt, & cõtra delinquẽtes ſtatutũ ꝑſẽs efficaciter obſeruent et faciãt obſeruari. Qui ſi poſtquã eis per facti euidẽtiã: vel alio iuſto mõ conſtiterit quẽquã delinquere in premiſſis corrigere ſcz ea quæ ſũt ſtatuta neglexerint, archiepiſcopi quidẽ et ep̃i a dalmaticæ tunicæ et ſãdaliũ vſu, archidiaconi et alij inferiores prelati ipſo facto ab ingreſſu eccleſiæ donec circa correctionẽ et emẽdationẽ exerceãt ſui officij debitũ ſint ſuſpẽ

Ad hæc cum episcopalis dignitas religionis affectum augere debeat, & cultum eius apertius demonstrare, præcipimus vniuersis episcopali præditis dignitate, vt habitum gerant dignitati & honori suo congruentem, prout canonica edocent instituta. Specialiter autem indicimꝰ his, qui de monasterio, vel alijs regularibus locis in episcopos assumpti sunt, vel decetero assumentur vt suum deferant habitum regularem, ne religionem præcedentem dignitas excludere videatur, quam sibi debet vinculo indiuidui fœderis adoptare. Quibus etiam districtius inhibemus, ne vtantur pannis, aut pellibus, aut alijs ornatibus ab ordine, siue regula sua priori discrepantibus in colore, sed in talibus statutum generalis concilij satagant obseruare.

Ne clerici iurisdictionem secularem exerceãt.

CVm honestatis ecclesiasticæ speciale decus existat a carnalibꝰ longe fieri actibus alienum: his secularibus

bus negocijs immiſceri manus cæleſti-
bus miniſterijs deputatas graue ac ſordi
dum reputamus, quod clerici quidam
terrena lucra & iuriſdictiones tempora
les fidei fœda petulantia & auida voraci
tate ſectantes: iuriſdictionem recipiunt
a laicis ſecularem, vt iuſticiarij nuncu-
pentur & miniſtri fiant iuſticiæ, quam
non poſſunt ſine diſpenſationis & cleri-
calis ordinis iniuria miniſtrare. Nos igi-
tur horrendum hoc vitium extirpare vo
lentes, vniuerſis eccleſiarum rectoribus
& perpetuis vicarijs: immo quibuſcunq;
in ſacerdotio conſtitutis diſtrictius in-
hibemus, ne iuriſdictionem ſecula-
rem a perſona ſeculari accipiant vel ip-
ſam exercere præſumant. Qui autem eã
ſuſceperunt ipſã infra duos menſes om
nino dimittant, eam decetero nullatenus
recepturi. Quia vero apud maleuolos a-
nimos inhibitio iſta non valeret, niſi con
tra hos delinquentes pœnalis vltio ſub-
ſequatur, decernim⁹ quod quiſquis qui

contra

contra prædicta uenire tentauerit, ipso facto ab officio & beneficio sit suspensus. Ad quæ si temere sic se suspensꝰ ingesserit vltionem canonicam non euadet. Huiusmodi vero vltio per diocesanum eius qui contra ista fecerit, donec emendauerit, ipsius diocesani arbitrio & iuramentum præstiterit quod decetero similia non committat, nullatenus relaxet̃ saluis dñi regis priuilegijs in hac parte.

Ne clerici sint aduocati in causis secularibꝰ, neq; iudices vel assessores in causis sanguinis.

IVxta sacrorum canonum censuram præsenti constitutione districtius inhibemus, ne quis in clericali militia cõstitutus aduocationis officium in foro seculari ꝓ causa sanguinis, vel quacunq; nisi in casibus a iure pmissis exercere præsumat. Si quis autem contra fecerit liquidẽ in causa sanguinis, si pro actoris

parte

parte certauerit, ipso facto ab officio sit suspensus. In alijs vero per diocesanos excessũ huiusmodi compesci præcipimꝰ et puniri, pœnæ cõdignæ qualitatem ipsorũ arbitrio reseruantes. In ijsdẽ quoq; causis sanguinis, in quibꝰ mortis aut mutilationis membrorũ iudicium agitur, similiter inhibemus, ne quis in clero constitutus iudex aut assessor esse præsumat. Quisquis vero contra fecerit, præter suspensionis ab officio pœnam, quã ipso facto incurrat, alias iuxta sui superioris arbitrium puniatur. A quibus suspensionum sententijs per suos diocesanos nullatenus absoluatur, nisi prius satisfecerit competenter.

De concubinariis.

QVam indecorum sit, & puritati christianæ contrarium polluris labijs & manibꝰ sacra contingere vel laudem offerre mundiciæ, aut seipsum fœdatum luxuriæ maculis in templi domini præsentare,

Non

Non solum diuinæ & canonicæ leges, verumetiam secularium principum monita, sanctæ considerationis iudicio prospexerunt, omnibus Christi fidelibus et ecclesiæ sanctæ ministris pudicitiam: tam scilicet consulte quam salubriter indicentes. Quos predictꝰ Legatꝰ sequẽs laudabili studio præcepit & statuit, vt nisi clerici & maxime in sacris ordinibꝰ cõstituti, qui in domibꝰ suis vel alienis detinẽt concubinas: nisi eas a se prorsus amoueant infra mensem: ipsas vel alias decetero nullatenus recepturi: ab officio & beneficio sint suspensi. Et vsquequo super hoc digne satisfaciant de beneficiis ecclesiasticis se nullatenꝰ intromittãt. Alioquin ipsos decreuit eisdem beneficijs fore ipso iure priuatos. Nos autem pudicitiam velut gemmam virtutum optantes in clero fulgere, quibꝰ non potest solum persuaderi, sed ex assumptæ professionis vinculo etiam imperari: Statutum dicti Legati contra clericos qui publice

blice detinent concubinas editum cura qua possum⁹ prosequentes, adijciendo statuimus: vt archidiaconi locorum, qui post episcopos curam gerunt, contra cõcubinarios hmõi annis singulis inquisitionem faciant diligentem, & contra eos prædicti Legati statutum exquisite faciant obseruari; & quæ inuenerint episcopis nihilominꝰ teneantur nunciare, vt ipsi super his pastoralis officij sui debitum exequantur. Quod si in exequẽdis his quæ præmissa sunt quisquam archidiaconꝰ vel episcopꝰ, postquam sibi denunciatũ fuerit ab archidiacono negligens fuerit: Archiepiscopꝰ quidẽ ab ingressu ecclesiæ nouerit se iure suspensum, quousque denunciauerit: Episcopꝰ vero a dalmaticæ tunicæ, & sandalium vsu sit suspensꝰ, donec a se negligentiam excutiens quæ statuta sunt duxerit exequenda. Ad hæc cum ad peccatum accedat consensꝰ, & auxilium alteriꝰ vtrumq; in peccato parificet; & pari pœna condemnet:

Sta-

Statuimus vt hi qui clericos in domib⁹ suis ad peccandum recipiunt, vel scienter peccare permittunt, siue concubinis eorum scienter domos locant vel accomodant, si clerici fuerint pœna consimili, si vero laici, ad arbitrium episcopi puniantur. Prædictæ vero clericorum concubinæ, de quibus cõstiterit per facti euidentiam, vel alio iusto modo, ab ingressu ecclesiæ dum celebrantur diuina penitus arceantur, nec eis paschali tempore tribuatur viaticum, cum iudicium sibi manducent & bibant, qui illud indigne assumunt. Ceterum quia plerũq; eueniri didicimus, q̃ conuictus super crimen adulterii aut alio peccato notorio, ad partes fugiat alienas, vt & liberius perseueret in crimine: Statuimus vt si quis taliter de prouincia in prouinciam aliam nostræ legationis aufugerit, episcopus in cuius dioecesi venerit, seu officialis eiusdem ad mandatum prælati in cuius dioecesi vel iurisdictione fugiens, ipse

delis

deliquerit: sententiam excommunicationis in ipsum latam efficaciter exequatur, donec ad pœnitentiam redeat salutarem.

De vicariorum residentia & institutione.

SAcrorum ordinum dispensatio, quasi clauis ad aperiendum varias portas salutis & grâtiæ spiritualis hominibus est concessa quam habere necesse est: vt clausis aperiat qui curam habet animarum, qui etiam clauem gestat extra mansionem vagari nõ debet, sed vt paratus sit in statione continua vocantibus, & non vocantes suis exhortationibus quasi pastor solicitus ad se trahat. Hæc licet antiqua sanctorum patrum decernat autoritas: quia tamen ab his qui temporalem fructum plus diligunt quam eternum inuenitur temere non seruatum.

Præ-

Prædict⁹ Legat⁹ circa vtrumq; prouidens statuit inter alia, nullum ad vicariam decetero admittendum, nisi iam in presbyterum ordinatum, vel saltem diaconum proximis temporib⁹ in presbyterũ ordinandum, qui renuncians aliis beneficijs si qua habeat curam animarum habentia, furet ibi residentiam facere corporalem. Alioquin institutionem huiusmodi ipsi⁹ nullam fore decreuit, & vicariam fore alij conferendum. De his autem qui tunc iam fuerant instituti, nõ tamen in presbyteros ordinati, statuit p̃dict⁹ Legat⁹, & præcepit, vt ex tũc infra annum ad min⁹ se facerẽt in presbyteros ordinari. Alioquin ex tunc ipsos priuatos vicarijs esse decreuit, quod ed residentiã circa instituendos præceptum erat statuẽs etiam circa ipsos. Nos autẽ contra hæc agentium compescere malitiam, nostra quoq; ad hoc opportuna discretione volentes adijciendo statuim⁹, vt si quis decetero contra hoc statutum fece-

rit: alias vicariam detinuerit, fructus suos non faciet, sed sic perceptos ipsos restitu ere teneatur, & ipsorum mediatas eccle- siæ, cuius vicaria est, tradat̃, in ipsius v- tilitatem modis omnibus conuertenda: medietatis vero alterius, vna pars in pau peres ipsius parochiæ expendatur, & al- tera soli archidiacono applicetur.

Ipse vero archidiaconus super his singu lis annis diligentem faciat inquisitionem suaq; ope et solicitudine statutũ hoc faci at firmiter obseruari. Qui etiam si aliquẽ contra præmissa vicariam compererit re tinere: prælato ad quem illius collatio, vel institutio pertinet, vicariã ipsam va- care sine mora denunciet: vt idẽ circa il- lud exquatur, quod viderit sui officij in- teresse: qui etiam nec taliter instituat, nec post factam sibi denunciationem huius- modi: uel postquam perueneret ad eius notitiam institutionem vacare differre præsumat, q; si contra fecerit a collatio- ne, præsentatione, & institutione benefi

ciorũ quorũlibet quiſquis fuerit, donec quæ ſtatura ſunt exequat̃, nouerit ſe ſuſ penſum. Ad hæc vt omnes malitiæ cona t⁹ diligenti reprimam⁹ induſtria, ſtatui= m⁹, vt ſi quis cõtra præmiſſa vicariã reti nere cõtenderit per menſẽ vnũ in ſua re= bellatione perſiſtens p̃ter pœnas ſuperi⁹ impoſitas, alijs bñficijs, ſi quæ habet, ſit ipſo facto priuat⁹ : nec nõ etiam ad viea riam, cui ſic moleſt⁹ incubuit, perpetuo, & ad cætera beneficia quibus vicioſo et adulterino cõtagio ſe reddidit indignũ, per triennium ſit inhabilis obtinenda. Quæ omnia non ſolum ad futura por= rigimus, verumetiam ad preterita refer= ri volumus, & in eis efficaciter ſtatuim⁹ & præcipimus obſeruari. Archidiacon⁹ vero, ſi quæ ſint ſuperius iniuncta ne= glexerit, præter indignationem dei om= nipotentis, quam incurrit, ab ipſa parte ſibi applicanda priuetur: & ab ingreſſu eccleſiæ præſentis ſtatuti authoritate, quouſque præmiſſa fecerit, ſit ſuſpenſus.

De

De intrusis.

AMoris proprij damnabilis & immoderata præsumptio subuertens in iudicio rationem, dum sibi alienum temere concupiscit, charitatem tradit exilio, mortemq; affectat proximi sui quem nouerit possidere, quin etiam morte vel immutatione aliena nihil agente caliditas & simulatio diuinam prouocantes iram, impudenter insurgunt in eum qui viuit mortuum, et qui adhuc possidet resignasse verbo vel actu mẽdaciter confingẽtes. Quia vero in ecclesiis, præcipue citra mare Anglicanũ cõstitutis, hic morbus mortalis irrepsit, præfatus legatus cõtra hoc statuit, ne prætextu opinionis vel famæ, quæ de morte vel cessione habeatur absentis, eius beneficium aliquatenus conferretur. Sed prælatus, donec plenius de veritate instruatur, expectet. Alioquin ad resarciendum omne damnum ex hoc inflictum absenti ipsum obligatum.

Illum vero qui se procurauit intrudi, præterdamnorum restitutionem, ab officio & beneficio ipso facto suspensum fore decreuit: quod etiam ad illum extendi voluit qui beneficium ecclesiasticum altero possidẽte occupare vi vel clam aut oritate ꝓpria vel potius temeritate p̃sumit: vel postquam declaratum fuerit ad aliũm pertinere: armis se defendere nititur in eodem. Nos autem latius & plenius mederi per nostrum antidotum cupientes: adiiciendo statuimus ne quis de cetero patronus ecclesiasticus vel secularis ad ecclesiam in qua ius obtinet patronatus quemquam audeat præsentare, nisi probabilem habeat de ipsius ecclesiæ vacatione noticiam, in quo casu licet p̃sentare possit, ne sibi per lapsum temporis præiudicium generetur: prælatus ad quem institutio spectat, nequaq̃ præsumat præsentatum admittere vel instituere, nisi de morte rectoris, vel alias de vacatione legitima prius constet. De his

vero

vero non aliter constare sufficiat, & per ipsius mortui prælati, uel resignantis, vel alias dimittentis præsentiã corporalem: aut si absens sit per episcopi sui diocesani, in cuius ciuitate vel dioceſi mortuus fuisse, vel alias dimisisse dicetur: aut saltem alterius personæ autenticæ literas sigillo autentico vno vel pluribus coniunctis, vel per instrumentum publicũ, vel per testes iuratos idoneos in omni exceptione maiores, a quibus super hoc non tantum de credulitate: sed etiam de scientia secundum iuris exigentiam sufficiens & apertum testimonium deponatur. Quod si cõtra ea quæ dicta sunt, quisquã in ecclesia de facto fuerit institutꝰ, vel quod verius est intrusus: institutio talis inualida & nulliꝰ penitꝰ sit momenti: nec per ipsã cuiq; aliquod ius acquiratur, etiam si postmodum forsan appareret ipsam ecclesiam tempore institutionis huiusmodi vacauisse. Cũ & postmodum de vita primi rectoris constiterit: eo

q̃ personaliter veniens seipsum ostendat, aut alias per autenticas literas vel instrumentum publicum: vel testes idoneos viuere comprobatur: tam prælatus instituens, q̃ is qui taliter fuerit institutus, ipsi rectori ad restitutionem integram fructuum, damnorum, & expensarum, quæ propter hoc ipse rector incurrerit teneatur: altero alterius solutione minime liberato.

Et quia non sufficit pecuniaria pœna, vbi est spirituale delictum, prælatum qui contra hoc instituerit nihilominus ab eo tempore quo dicta commiserit: a collatione, institutione, seu præsentatione beneficiorum, quorumlibet statuimus manere suspensum, donec illi rectori reddatur possessio ecclesiæ. Adijcientes v t si postquam de ipsius rectoris vita suprascripto modo constiterit, ecclesia non restituatur eidem: intrusus, si per tres menses in tam pessima rebellione perstiterit, præter pœnas

nas supra impositas, extunc omnibus beneficijs, quæ in eodem regno obtinet, ipso facto perpetuo sit priuatus, & ad illud, quod taliter detinuit: quandocunque, vel quomodocunq; vacauerit, perpetuo sit inhabilis obtinendum: ad quod cupiditatis & rapinæ vitio reddidit se indignum. Et si quidem forte nullum beneficium habeat: non solum ad hoc quod sic præsũpsit, sed etiã ad quodlibet aliud in illa dioceſi, quam sceleris sui peste turbauit, ipso facto, autoritate, huius statuti, se inhabilem perpetuo esse sciat & penitus non capacem. Cæterum ad omnes, qui ad præsentationẽ, patroni vel alijs modis beneficia vel ecclesias sine canonica institutione prælati per se aut per alios occupare præsumpserint: quos adhuc grauius delinquere constat: Necnon ad eos qui ante hanc constitutionem occuparant uiuentis beneficium, vel ecclesiam, & adhuc detinent occupatam:

Ad eos quoq; sine canonica institutione prælati seipsos intrudere præsumpserunt, nisi infra tres menses a publicatione huius constitutionis tam occupatores quam intrusores huiusmodi omnino dimiserint quod taliter acceperunt, & vt supradictum est satisfecerint, supra nominatas pœnas extendi volumus & mandamus. His quæ contra tales in constitutionihus prædicti Legati, & prouincialium conciliorum totius nostræ legationis statuta sunt in nullo penitus diminutis. Cõtra hoc etẽ delinquẽtes pœnas ex quo sufficere non putam⁹ sancti⁹ esse atq; tollerabili⁹ estimantes ecclesiam vel beneficium diuti⁹ vacare per incognitam veritatem, q̃ momento quocunq; adulterari apud violentum vel alium nepharium possessorem.

Ad hæc cum ad archiepiscopũ uel episcopum, ad quem ecclesiæ uel beneficij collatio spectat vacationis noticia probabiliter alijs q̃ prædictis modis forte

per

peruenerit, si forsan beneficium ipsum uel ecclesiam ipsam conferat, timens ne per lapsum temporis præiudium sibi fiet possessor tamen ipsius ecclesiæ vel beneficij corporalem priusq̃ de vacatione su prascriptis modis constiterit, non tradat uel tradi faciat, seu cõsentiat, uel permittat: neq; is cui collatio facta est, possessionem ingredi propria, uel alteri⁹ cuiusq̃ autoritate præsumat. Quod si archiepiscop⁹ uel episcop⁹ contra fecerit, prædictis pœnis se nouerit subiacere. Ipse vero cui collatio est facta, si contra præmissa possessionem acceperit, ipsa ecclesia seu beneficio perpetuo nouerit se priuatum, & nihilomin⁹ alijs pœnis subiacesta supradictis.

Ne vna ecclesia diuidatur in plures personatus.

VNitatem in omnib⁹: maxime vero in diuinis & spiritualib⁹ officijs et ministerijs, ita perfectio sequitur vt diuisionem super omnia detestetur,

quæ desolationem & ruinam inducit, nec enim vllum ipsum materiale subiectum stabit: nulla sacræ rei designatio, intellectum animi conformiter ad se trahit, cum in illis vel in isto diuisio aget diuersum faciens quod est vnum.

Ex his catholicæ vnitatis sanxit autoritas: quod in vna ecclesia vn⁹ sit rector, quasi vnius corporis vnum caput. Sed stupefacti ne zizanniæ seminator interdum per plurium in vna ecclesia patronorum discordiam, interdum per plurium cupidorum figmenta: qui de ipsa ecclesia nihil aliud q̄ comodum temporale venantur: hanc pestiferam sectionē diuersis modis inducit, vt in plures unica ecclesia diuidatur: rei prauitatem quidam mutatione vocabulorum seu nomi num occultantes, & quod detestabilius est, in tm̄ in quibusdam prælatis, ardor cupiditatis & auariciæ exardescit, vt præsentatos ad ecclesiastica beneficia non admittant, nec aliter ea conferant: nisi

nisi certa prouentuum & reddituum beneficiorum ipsorum portione retenta, quam suis vsibus applicant: vel alijs eam ad tempus, uel simpliciter conferūt pro suæ libito voluntatis. Super his autem ligitime compescendis dictus Legat⁹ diuisiones, particulares assignationes, & permutationes, penitus prohibēs statuit, vt nunquam in plures personatus vel vicarias ecclesia diuidatur: & qui tunc añ diuisæ fuerant integrarentur q̄p cito facultas se offerret, nisi aliqua ecclesia sic foret ab antiquo forsitan instituta, in qua per loci episcopum prouideri statuit, quod tam redditus q̄p parochia inter eos congruens portionibus diuidantur: & quod semper apud ecclesiam resideat aliquis, qui de animarum cura solicitus, in celebratione diuinorum, & collatione sacramentorum se viriliter exerceat & honeste.

Nos

Nos igitur dicti Legati sanctionem digna emulatione sequentes, adijciendo statuim⁹, ut omnis huiusmodi prorsꝰ diuisio ante prædictã constitutionem facta: nisi tanto eam præcessit tempore, ut merito possit antiquitatis iure censeri, quæ ne postmodum est secuta, nec non cuiuslibet portionis prouentuum ecclesiasticorum beneficiorum retentio & assignatio, quæ fieri non posse dignoscitur absq; labe symoniacæ prauitatis, per locorum diocesanos penit⁹ reuocetur. Si qua uero decetero fit diuisio: seu alicui⁹ portionis retentio vel assignatio: hanc nullã ipso iure fore decernim⁹. Et ne conferentis seu p̃sentatis, vel admittẽtis plures ad unam ecclesiam, exemplũ mali relinquat impunitas: Præsentans quidem plures ius illa uice præsentandi amittat ad superiorem proximum deuoluendnm, Si uero prælat⁹ sic contulerit, uel præsentatos admiserit, aut certam detinuerit, uel alij assignauerit portionem

onem ſimpliciter uel ad temp⁹, non ſolū ei⁹ inſtitutio, retentio, uel aſſignatio, iu rib⁹ careat, verum etiam ipſe quouſq; reuocauerit, ipſo facto a collatione, inſti tutione, ſeu præſentatione beneficiorū quorumlibet ſit ſuſpenſ⁹.

De abſtrahentibus confugientes ad eccleſias, uel cymiteria, ſeu res ibidem depoſitas, & de auferentibus aliquid præter uoluntatem dominorum eccleſiaſticorum de bonis, manerijs, ſeu grangijs.

AD tutelam & confugium oppreſſorum ita immunitatem eccleſiaſticam cernimus conſtitutam, ut etiam reos ſanguinis ab hominum incurſu defendat, quanto magis inſontes criminum confugientes ad ipſam, & res nulli vitio ſubiacentes hoſtili timore infra ipſius eccleſiæ repoſitas conuenit nō ſolum exinde non abſtrahere & rapere:

ſed

sed etiam non tangere, ne vt in eis temeritatis aliquid attemptetur, satis intelligit qui prudenter attendit. Præterea circa tuitionem tam personarum ad ecclesias vel cymiteria confugientium, & rerũ quæ in ipsis pro securitate fiducialiter reponuntur, ꝯ circa salutem hominum prophanorũ, qui dei timore contempto & ecclesiæ reuerentia prorsus abiecta, immo totius humanitatis & famæ pudore deposito, ad hmõi confugarum abstractionem & rerum prædictarum rapinam de locis ipsis se conferunt impudenter. Nos tanto prompti⁹ oportet intendere, quanto sceleris huius perfidia maius noscitur periculum importare.

Nos igitur huiusmodi iniquitates & scelera perfecto odio officij nostri debito prosequentes: statuimus, vt si quis aliquem ad ecclesiam, vel cymiterium, vel clausstrum confugientem inde abstraxerit uiolenter, vel ei victum necessarium prohibuerit, in quo similis est necanti,

aut

aut res alienas in locis ſacris depoſitas, violenter ſeu hoſtiliter aſportauerit, ſeu aſportari fecerit: aut factã ſuo nomine, vel a familiaribus ſuis, abſtractionem, prohibitionem, vel aſportationem, ratã habuerit: aut abſtrahentibus, prohibentibus, vel aſportantibus, præbuerit publice, vel occulte auxilium, conſilium, vel conſenſum, ipſo facto ſit excommunicationis vinculo inuolutus, a quo nullatenus abſoluatur, niſi prius eccleſiæ cui tantam iniuriam intulit, & damnum paſſo ſatiſfecerit cõpetenter. Et quidem ſi excommunicatus hmõi monitus a ſuo dioceſano infra præfixum ab eo tempus nõ ſatiſfecerit, terra ipſius ſubijciatur eccleſiaſtico interdicto, quod ante præſtitam ab eo ſatiſfactionẽ minime relaxetẽ: q; ſi forte terrã nõ habet, dñs terræ in qua morat, ſi monit9 infra terminũ ſibi indultũ ad hoc extra eã nõ expulerit hmõi peſtilẽtẽ, ex tũc terra ipſi9 eccleſiaſtico ſupponat interdicto ẽgdin ibidẽ ille manſerit duraturo.

Nempe

Nempe si talis excommunicatus clericus sit, & a p̃lato monit⁹, infra terminũ quem ei duxerit præfigendum minime satisfecerit, ex tunc omni beneficio ecclesiastico, quod in eodem regno obtinet sit priuat⁹: si uero nullũ obtinet, ad quodcunq; illius regni beneficium ecclesiasticum per quinquennium sit inhabilis obtinendum. Etenim ab ecclesiasticis bonis excluditur, qui charitatem & ecclesiæ decus in dei contemptum, & proximi dispendium tam nequiter violauit. Quæ autem in præmissis statuta sunt, eadem contra ecclesiarum incendarios & effractores volumus & præcipimus obseruari. Ad hæc si quis de domibus, manerijs, grangijs, vel alijs huiusmodi locis ad archiepiscopos, episcopos, vel alias personas ecclesiasticas, vel ad ipsas ecclesias pertinentib⁹ accedens quicq; præter voluntatem præmissorum dominorum, vel eorum qui sunt huiusmodi rerum custodijs deputati consumere vel auferre

aut

aut tractare præsumpserit, ipso facto sit excommunicatione ligatus: a qua donec satisfecerit, absolutionis gratiam minime consequatur. Et ne hoc salubre statutum prætextu ignorantiæ negligatur, ipsum vel intentionem ipsius per annum continuum a tempore publicationis eiusdem in ecclesijs cathedralibus collegiatis & alijs per capellanos & rectores earum quibuslibet diebꝰ dominicis astante parochianorum multitudine & fidelium præcipimus publicari.

Ne quis impediat matrimonia solennisari in facie ecclesiæ.

CONiugale fœdus ab ipso domino institutum sicut ptãti humanæ nõ su' acet: ita nullius temerario ausu patere debet occursui, quominus in conspectu hominum solennitatem accipiat, per quam prout expedit omnibꝰ innotescat. Quapropter districtius inhibemus

hibemus, ne quis matrimonia contracta legitimè, quo minus in facie solennisentur ecclesiæ impedire præsumat.

Episcopi vero quorum interest sacramẽta tueri condigne punire studeant huiusmodi præsumptores.

De executione testamentorum.

LIbertatem extremi iudicij sicut multa fauoris prærogatiua muniunt legitimæ sanctiones; ita ipsius executionem conuenit adiuuare: ne quid impedire valeat arbitrium testatoris. Propterea super executione testamentorum duximus statuendum: vt executor testamenti cuiuslibet ad executionem nullatenus admittatur, necq; testamentum coram ordinario secundum approbatam consuetudinem præsentatum per ipsum aliquatenus approbetur, nisi prius quo ad hunc actum sui fori priuilegio coram eo expresse renunciet executor. Præcipimus etiam statuendo quod huiusmodi testamentorum exe

utores

cutores, priusq; administrationē bonorū attingāt, inuētariū in ꝑsentia aliquorū fi de dignorū, qui verisimiliter bonorū de= fūcti nouerint quātitatē, omnino cōficiant, et illud suo superiori ꝑlato ostēdant. Si quis aūt inuētario nō cōfecto admini strare ꝑsūpserit, ad arbitriū sui epi puniat Super ap,pbatione liquidē testamēti eiꝰ qui in diuersis diocesibꝰ bñficia dū viue= ret obtinebat, ap,pbatione illiꝰ epi in cu= ius diocesi tastator decessit fidem volu= mus adhiberi.

Ne prælati ecclesiarū fructꝰ vacan tium percipiant vel suos faciant.

ECclesiarū dispēdia inuictæ nobis sol licitudinis cura submouere volētes: ne duplici desolatione cōfractæ ni= miū deprimāt ab his maxime qui super= intēdentes quotidianā instātiā subiectis debent ecclesiis rectoribus proprijs vi= duatis paterno consolari tenentur affe= ctu statuimus vt cum ecclesias vacare contigerit: prælati sub quibus cōsistunt

fructus & prouentus qui per annum uel aliquanto tempore obueniunt nequaq; percipiant earundem, neq; suos faciant sic perceptos. Sed ipsis fiat quod in canonibus est statutum: nisi forte hi prælati ius huiusmodi ex speciali priuilegio, vel legitima consuetudine ab antiquo sibi valeant vendicare. Quod si contra fecerint, donec totũ restituerint, ab officio sint suspensi. Sequestrationes etiam fructuũ & prouentuũ beneficiorum ecclesiasticorum a prælatis fieri penitus prohibemus: q̃ & leges & canones interdicunt, nisi casus specialis emergant: in quibus sequestrationes terræ consuetudines & iura permittunt. Aliter autem factas sequestrationes, & latas occasione huiusmodi excommunicationum, suspensionum, et interdicti sẽtentias nullas esse decernimus ipso iure Prælatus etiam qui huiusmodi sequestrationes fecerit, quousq; ipsas reuocarit ipso facto a dalmaticæ tunicæ & san-

dalium

dalium vsu sit suspensus.

De oblationibus capellarũ matrici ecclesiæ restituendis.

GRatia quæ a cõcedẽtis benignitate procedit recipientem manifeste reddit ingratum, si vertitur in abusum, & suis non contenta finibus extenditur in alterius lesionem. Ecclesiasticæ quidem prouidentiæ pietas dum alteri per alterum non vult iniquam conditionem afferri; si quando priuata persona capellam propriam desiderat obtinere, idq; causa iusta mediante concesserit, semper adijcere consueuit, vt id fiat sine iuris præiudicio alieni. Quod et nos salubri & oportuno remedio prosequentes statuimus & districte præcipimus: vt capellani ministrantes in capellis huiusmodi quæ saluo iure matricis ecclesiæ sunt concessæ: omnes oblationes, & cætera quæ etiam ipsis nõ recipientibus, ad matricem ecclesiam peruenire deberent: ipsi rectori sine diffi

cultate restituant: cum id tanq̃ alienum iuste nequeant detinere. Si quis autem restituere cõtempserit suspenlionis vinculo quousq̃ restituerit se nouerit innodatum.

De domibus ecclesiarum reficiendis.

IMprobam quorundam auariciã prosequẽtes, qui cũ de suis ecclesiis & beneficijs ecclesiasticis multa bona suscipiunt, domos ipsarũ & certa ædificia negligunt, ita q̃ integra non conseruent & diruta non restaurent: propter quod ipsarum ecclesiarum statum deformitas occupat, & multa incõmoda subsequuntur, statuim⁹ atq̃ præcipim⁹ vt vniuersi clerici suorum beneficiorũ domos & cætera ædificia prout indiguerit reficere studeant condecenter: ad quod per suos episcopos vel archidiaconos solicite moneantur. Si quis post episcopi aut archidiaconi sui monitionem per duos mẽses id facere cessauerit: ex tũc episcop⁹ ipse ipsi⁹ clerici sũptib⁹ id fieri faci

at

at diligẽter de fructib⁹ ipsi⁹ ecclesiæ vel beneficij præsentis autoritate statuti, tantum accipi faciẽs quantũ ad refectionẽ hui⁹ sufficiat peragẽdã. Cãcellos etiã ecclesiæ per eos qui ad hoc tenẽt̃ refici faciant, put superi⁹ est exp̃ssũ. Archiepiscopos vero episcopos et alios inferiores p̃latos domos ac ædificia sartatecta reficere, & in statu suo cõseruare ac tenere sub diuini iudicij obtestatiõe præcipim⁹ et ipsi ea reficiant quæ refectione nouerint indigere.

De procurationibus quæ ratione visitationis debentur non recipiendis ab archidiaconis vel alijs inferioribus prælatis nisi cum visitant.

NAturalis dispositionis effectus semen serenti reddit & fructum laboris multiplicat laboranti. Absurdum vero simulque iniquum nemo dubitat quenq̃ vbi non seminat metere: vel ex his colligere quæ non spargit.

Ex his sacrorum canonum prouisio æquitate ponderata decreuit: vt etiam ecclesia quæ visitationem recipit in temporalibus & spiritualibus ecclesiarum bonis salubriter constitutis institutam procurationem exhibeat visitanti.

Cum autem rõne visitationis procuratio debeatur: si quid exigitur vel recipitur huiusmodi ratione cessante iam male accepti & indebiti nomen subit. Cum igitur intellexerimus q̃ plerique prælati procurationes a subditis exigunt, licet visitationis officium non impendant: nos tam ecclesiarum indemnitati q̃ prælatorum saluti consultius prouidentes, districtius prohibemus, ne quis eorum procurationem quæ ratione visitationis debeatur ab ecclesia quacunq̃ recipiat nisi cum eidem officium visitatiõis personaliter impendat. Qui vero aliter receperit, donec restituerit, ab ingressu ecclesiæ sit suspensus. Episcopi vero, & alij inferiores prælati, cum visitant in superflua

perflua comitiua, seu euectionum numero, vel alias in expensis grauare subditos non præsumant vltra quantitatem & numerum determinatũ in constitutione fe. re. Inno. papæ iiij. Ne videantur in visitationibus magis lucris pecuniarijs inhiare, quam ecclesiarum velle conseruare statum, vel salutem quærere animarum. Quod si contra fecerint vel contra facere attemptauerint, subditi eis non pareant in hac parte, latas etiam occasione huiusmodi excommunicationũ, suspensionum, & interdicti sententias ipso iure decernimus esse nullas. Secum etiam visitationis tempore superfluam, & oneroſam multitudinem hominum non adducant: per quam ecclesiarum requies perturbari sæpius consueuit, sed moderationem sequantur constitutionis canonicæ in Lateranensi concilio promulgatæ.

Ne pœna pecuniaria recipiatur a subditis pro delicto notorio.

DEus omnipotens cuius sunt omnia precium quodlibet pro delicto nõ accipit, & holocaustũ nõ postulat pro peccato. Quidã vero ad aliorũ regimen depurati hoc ignorantes, aut ex temeraria quadam industria contemnẽtes, cum peccatur a subditis debitam pro pecunia pœnam remittunt. Ex quo fit vt deo non indulgente tam iudex criminis quam commissor sua in eodem sacculo delicta consignẽt pariter iudicandi. Et quia iuxta beatum Isodorum nullam reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat, nec ex hoc mala voluntas minuitur vel mutatur, sed potius datur autoritas delinquendi: Circa correctionem quidem criminum prædictus Legatus statuit quod archidiaconi ecclesias vtiliter & fideliter visitent, vt de sacris vasis, & vestibus, & qualiter nocturnis & diurnis officijs ecclesijs seruiatur: & generaliter de temporibus inquirendo, & quæ corrigenda

inuenerint

inuenerint corrigant diligenter, eccleſi as autem ſuperfluis non grauent expen ſis: ſed procurationes dumtaxat dum viſi tent exigant moderatas, non ſecum du cant extraneos: ſed modeſte ſe habeant in familia & in equis nec pecuniam ad hoc vt non viſitent vel non corrigant, vel vt crimina non puniant ab aliquo recipere præſumant, nec aliquos ſenten tijs ſuis inuoluant iniuſte, vt ab eis poſ ſint ex hoc pecuniã extorquere. Et cum hæc ſapiant ſymoniacam prauitatem de creuit, vt qui talia agere præſumpſerint: ſic extorta in duplum erogare in pios vſus epiſcopi arbitrio compellantur: ſal ua nihilominus pœna canonica alia con tra ipſos. Præcepit etiã vt dicti archidiaco ni p̃ ſingulos decanat⁹ capitulis interſint in quib⁹ diligẽter inſtruẽt inter alia ſacer dotes, vt bene ſciãt & ſane intelligãt ver ba canonis miſſæ & baptiſmatis: ea S. maxime que ſũt de ſubſtantia ſacramẽti. Nos igitur ſtatutum dicti Legati cõtra

tales

tales editum adiuuantes adijciendo statuim⁹, ne archidiaconi ꝑ ullo peccato mortali notorio, vel de quo scādalū generat̄, pecuniā a delinquēte ꝑ ipso recipiāt, sed cōmissū crimen puniāt animad uersione condigna. Episcopis districte præcipimus, vt huiusmodi salutare statutum firmiter faciant obseruari.

De firmis.

INdignum est cum spiritualibus pecuniarium inire commercium: dicente apostolo Petro ad Symonem. Non est tibi pars neq; sors in sermone isto. Auare enim & facile spiritualia vendit: qui eorum exercitium pecuniæ interuentione conducit. Prouide igitur constitutionem prædicti Legati comperimus inhibentem, ne dignitates vel officia, puta decanatus, vel archidiaconat⁹, vel ꝑuent⁹ ex ecclesiasticæ vel spiritualis iurisdictionis exercitio, seu ex pœnitētia vel altari vel sacramentis alijs quibuscunq; venientes ullo modo concedantur ad firmam.

mam. Nos autem cõtra hoc tam sanctũ & salubre statutum fieri a pluribus audientes, adijciendo staruimus, vt si de cætero quispiam contra fecerit, datio ad firmam sic facta non teneat, & contrahentium neuter alterutri ex tali contractu, tanquam inualido quacunq; iuris auctoritati beneficij huius constitutionis nostræ expressa renunciatione vel alia pactione uallata aliquatenus obligetur: nihilominꝰ tertia parte prouentuum eiꝰ rei, qnam de facto ad firmam dari contra hoc statutum constiterit, fabricæ maioris ecclesiæ cathedralis modis omnibꝰ applicandã. Quæ omnia volumꝰ habere locum, & statuimus obseruari: cum laicis ecclesia datur ad firmam, & cum vltra quinquennium etiam clericis ecclesiæ firma conceditur contra constitutiones a dicto Legato super his salubriter promulgatas. Ecclesias quoq; a graui præiudicio præcauere volentes: ipsas ad firmam patronis earum dari sub

præmissis

præmissis pœnis districtius prohibem⁹.

De residentia archiepiscoporum vel episcoporum.

Pastor bon⁹ cognoscens gregẽ suũ debet ipsũ & corporis & mẽtis oculis iugiter intueri: & ne ipsũ insidiosus lup⁹ inuadat sicut hostis persequẽdo inuigilat, sic prælatus resistat continue defendẽdo. Oportet igitur vt corporalis præsentia ipsũ sollicite tueatur, quia vadens pastor & veniens sæpe nõ inuenit quod reliquit: eo ꝙ aduersarius non recedens neꝙ dormiens asportauit. Sane licet episcopi ad personalẽ residentiã circa gregẽ domini sibi cõmissũ: tã diuinis quã ecclesiasticis præceptis noscunt astricti: quia tamen in partib⁹ nostræ legationis nõnulli sunt qui hoc attendere nõ vident, nos prædicti Legati monitionem & exhortationem super hoc archiepiscopis & episcopis emissam prudenter emulationis studio cõdigne subsequentes ipsos efficaciter exhortamur in dño: et in vir-

virtute sanctæ obediẽtiæ atq; sub diuini attestatione iudicij cõmonem⁹, vt ad cõ missi gregis curã: & desponsatarũ sibi ec clesiarũ solatiũ, præcipue dieb⁹ solenni b⁹ quadragesimalib⁹ & aduentus præsẽ tiam suã debitã exhibeant, quibus se fi de media copularunt, In quibus sanctũ chrisma, sacrum oleũ, & infirmorũ in die cenæ domini quolibet anno conficiant Nisi eos dictis diebus ab ipsis ecclesijs a suis superioribus auocatos, vel alia iusta causa oporteat absẽtare vt quod ipsorũ nomẽ pretẽdit: & cõmissũ sibi ministe riũ exigit: quod nõ munus gerit oneris quã honoris sollicite studeãt excubijs ob seruare. *De appropriationibus ecclesiarũ nõ faciẽdis.*

Q voniã alienatiões ecclesiarũ sãcto rũ patrũ Romanorũ põtificũ de creta, phibere summo opere stu duerunt, nosipsos ex officij nostri de bito sufficientia qua possumus imi tantes, vniuersis episcopis districtius inhibemus; ne quis eorum ecclesiam sibi

subiectam

subiectam alteri episcopo, vel monaste
rio, seu prioratui appropriationis iure
conferat vel assignet, nisi is cui appropri
are voluerit, adeo manifeste pauperta
tis p̄matur onere vel alia causa legitima
subsit, quod talis oppropriatio non tam
iuri contraria, quam pietati consona me
rito censeatur. Si vero contra præmissa
facta fuerit huiusmodi appropriatio ipso
iure inualida & nullius penitus sit mo
menti, sed ab episcopo qui hoc fecerit,
sicut de facto processerit modis omnib⁹
reuocetur. Nonnulli quoq; in ecclesia
quæ proprijs consueuit gubernari recto
ribus in vsus eorum concessa vt totum
quod ex appropriata sibi ecclesia prouenit
inaniter absorbeant, ipsã dimittunt vica
rio destitutã, aut si fortassis vicarium in
ea instituunt, ita modicam ei relinquunt
fructuum portionem, vt non potest ei
sufficere ad archidiaconalia & alia sibi
incumbentia onera supportare, quo fit
quod in eleemosynam est, quisum in si-

tim

tim auariciæ confluat & transeat in rapinam. Super his igitur salubria remedia cogitantes statuim⁹ & districte p̄cipim⁹, vt vniuersi religiosi exempti & nō exēpti Cisterciēses, & alij quicunq; qui ecclesias in proprios vsus habent, si vicarij non sunt positi in eisdem infra sex mēsium spacium vicarios præsentare diocesanis, qui eos instituere debeant non omittant: quibus sufficientem assignare pro facultate ecclesiarum studeant portionem. Alioquin ex tunc diocesani id facere studeant diligenter. Statuim⁹ quoq; vt ipsi qui ecclesias in proprios vsus habent domos in ipsarum ecclesiarum parochijs constituant, vel olim constructas reædificēt vel conseruent, in quib⁹ honeste p̄nt recipi visitantes. Prædicta vero omnia tam ab episcopis quam alijs qui ecclesias in proprios vsus habent firmiter præcipimus obseruari.

De bonis intestatorum.

CVm mortis incerta præoccupatio ſæpe ſit, anticipet vltimi arbitrij voluntatē, vt conficiendi teſtamēti ſeu extremæ diſpoſitionis, adimat vitæ deciſio facultatē, agit humana pietas miſericorditer in defunctū cum res tēporales quæ illi⁹ fuerant, per diſtributionē in pios vſ⁹ ipſum adiuuādo ſequunt̄: & corā cæleſti iudice ꝓpiciabiliter intercedunt. Prouide ſuper bonis ab inteſtato decedē tium ꝓuiſionē quæ olim a prælatis regni Angliæ cum approbatione regis & baronum dicitur emanaſſe firmiter approbantes, diſtrictiꝰ inhibem⁹, ne ꝑlati vel alij quicunq; bona inteſtatorum hmōi, quocunq; modo recipiant vel occupent contra pouiſionem præmiſſam.

De delegatione,

IVdicij robur et dec⁹ exornat autoritas iudicātis, et corā illo tutis greſſib⁹ veritas incedere præſumit̄, de quo ſtatꝰ eminētior: et meliora ſtipēdia ſtrenuos actꝰ et dignos fructꝰ iuſticiæ re,pmittūt

Proin-

Proinde sacris canonib⁹ inhærẽtes, quib⁹ statutũ est vt nõ nisi personis in maiori statu cõstitutis causæ a sede apostolica delegentur, eadẽ iuris ratione cõmoti statuim⁹ vt ab archiepis vel aliis ordinariis nõ nisi personis in dignitate vel officio cõstitutis, aut cathedralium, vel aliarum ecclesiarũ collegiatarum canonicis causæ aliquatenus committantur.

De forma citationis.

I ta mortaliũ sæua cupiditas suũ in seipsos reflectit ardorẽ, quicquid sibi possit attrahere nõ desistat, nõ timẽs diuinã vel ꝓximi lælionẽ, quæ litigiosorũ amfract⁹ & ꝓcellæ causarũ manifeste declarãt, in quib⁹ seipm solũ respiciẽs litigator sic errat in via iusticiæ: vt æquũ & rectũ existimet quicquid aduersario noceat, & iure vel iniuria sibi prosit. Sane quoniam in citationis articulo fraudem præcipue fieri est compertum, dictus legat⁹ statuit, vt per impetrãtes vel eorum nuncios in causis regni Angliæ citatoriæ

literæ non mittant̃, sed iudex moderatis sumptibus impetrantis per suum fidelẽ nuncium eas mittat: qui vocandum diligenter perquirat: quem si reperire nõ poterit, die dominico, vel aliquo die solemni apud ecclesiam loci illius in quo degere consueuit dum missa cantatur, literas legi faciat et exponi, vel saltem ad decanum in cui⁹ decanatu moratur qui vocandus existit citatio dirigatur, qui a iudice missus fideliter hoc prosequatur per se, aut per suos certos nuncios & fideles, quodq; inde fecerint eidẽ iudici re scribere non omittant. Nos autem vt circa citationis articulum procedatur cautius, & totius discriminis materia quantum in nobis est, penitus auferatur, constitutioni dicti Legati adijciendo statuimus, vt cum iudex contra quẽlibet absentem emittit citationis edictũ, citationem faciendam decano loci, vel alicui certæ personæ alij demandet: Is vero cui demandata fuerit, cum eam fuerit fideli-

ter

ter assecutus secundum statuti formam se citasse rescribat. Alioquin citationi quæ aliter facta apparuerit: fides nullatenus adhibeatur: nec secundum ipsam contra ipsum qui citatus dicitur ad pœnam aliquam procedatur.

De iuramento aduocatorum.

L. audabile vitæq; hominum necessarium aduocatorum officiū: qui quasi athletæ iusticiæ in campo iudiciī militant: multi quidem exautorisantur ab illis qui in ipso infideliter se exercent, per quos iustitia deperit & litium processus innumeris subterfugijs impeditur. Hæc sane diligenter p̄dictus Legatus considerans, ac prudenter attendens inter alia facta constitutione decreuit: vt qui aduocationis officium voluerit generaliter promerere, apud diocesanum cuius iurisdictionis existit, originis vel domicilij ipse præbeat iuramentum: quod in causis quorum patronus existit patrocinium fidele præstabit.

bit. Nos igitur huic statuto per quod iniquitati occurritur: releuatur iusticia & succurritur veritati, patere volẽtes semitã ampliorẽ, adiũciendo statuim⁹, vt secundum ea quæ in dicto statuto cõtenta nullus aduocat⁹ nisi literas diocesani coram quo jurare præcipitur prius ostendat fidẽ de iuramento hmõi exhibito faciẽtes vel de nouo exhibeat hmõi iuramẽtum ad nullius causæ patrocinium admittat.

Ne iudex pacẽ vel concordiam litigantium impediat.

CVm partes suas admittat iudiciũ, nisi actoris & rei dissensio conquiescit, ne aliud agere iudex debeat iuxta legitimas sanctiones quam vt controuersiam derimat inter ipsos, multum profecto delinquit qui partes ad pacem aut concordiam paratas, maxime prætextu alicuius cõmodi nititur impedire. Quia vero per impedimẽtũ hmõi si cõtingat puocatur de⁹: leditur pximus, et iudiciũ cõtaminat honestas, et iurgiorum materia

materia cõfouet. Nos aũt statutũ dicti legati qui sup hoc simplici fuit inhibitione cõtẽt⁹ efficaci⁹, psequẽtes: adiũciẽdo statuim⁹, vt si quis deinceps p impedimẽto pacis seu cõpositionis litigãtiũ obiũciẽdo quicq̃ receperit; ei qui dedit modis omnib⁹ restituere teneatur, necnõ tãtundẽ exsoluat pauperib⁹ erogandum. Alioquin ex eo ipe quo scel⁹ hmõi sic recipiẽdo cõmiserit, donec sicut dictum est restituerit excõicationis vinculo se nouerit alligatũ

De publicanda absolutione.

SIcut ecclesiasticæ cẽsuræ vinculũ ad medelã inuẽtũ vt efficiat lãguidum quẽ cohercet: et publice et notum fieri cõsueuit: ita bñficium absolutionis q̃ ligato impẽdit̃ expedit notum esse, ne nõ vitãd⁹ in sui cõtumeliã vel scãdalum ab aliis euitet. Proinde statuim⁹, vt cum aliquã excõiçationis suspẽsionis vel interdicti sẽtentiã cõtigerit relaxari: mãdetur alicui vt relaxationem hmõi publice denunciet locis & temporibus oportunis.

De institutionibus et collationib⁹.

CHristianæ religionis vnitas ita plerosq; in suorum cordium elatione reliquit, vt cum animæ suæ curæ vix vnusquisq; sufficiat, ipsi se plures esse mendaci statera pensantes, non solum vnius beneficij super multos intrepide suscipiunt, in quo quandoq; nec residēt, nec ad sacros ordines se faciunt promoueri, quos ipsi⁹ beneficij cura requirit: sed etiam multas super innumeras curas sibi congregant impudenter, & per vanitates & falsas insanias ambulantes, miseras animas quas curandas acceperūt necessario negligunt, cum onus tale implere ipsa facti impossibilitate non possunt. Sane cum hi tam contra spiritum quam aduersus deū & proximum assistentes, & quasi de industria recedētes a deo, dū seipsos in manus diaboli manifeste præcipitant, animas Christo auferunt: & pauperum alimonias in vsus superfluos ne dicamus

in

in malos nephanda peruerſitate conuer tunt: A tantis eruere periculis ſanctorũ patrum romanorum pontificum & cæterorum ſuper his autoritatẽ gerentium cõſtitutiones, tam antiquis retro tẽporibꝰ q̃ modernis multiplici ſollicitudine laborarunt, quorum labor etſi meritorius fuerit his qui vineam domini fideli exercitio coluerunt, quibus virtus fuit etiã male vſuris materiam miniſtrare virtutis, multis tamen in hoc prophanæ cupiditatis ardore graſſantibus, huiuſmodi laboris profectum inuenimus defuiſſe: qui præter clauem diſpenſationis apoſtolicæ ſedis, pluralitatem beneficiorum eccleſiaſticorum animarum curam hñtium, non ſolum de manu prælatorum male ſuſcipere, verum etiam autoritate propria, violentiaq; maiorum damnabiliter occupare p̃ſumũt, & temere per excogitatas malicias & ſubterfugia detinere. Ex his autem dicere non ſufficimꝰ quanta mala proueniunt eccleſiæ, nãq;

maculatur honestas, adnihilatur autoritas, fides Christi prosternitur, charitas exulat, spes pauperum deperit: eo quod apertum vident os diuitis et potentis in quod intrat omne bñficium vacaturum, quod suum non est peccator miser et cæcus, rectorem se iactans non tam recipit qnam furatur. Inter ipsos quo q; diuites contentiones & scandala oriuntur: lites & odia confouentur. Digne etiam super huiusmodi regnorum homines diuinæ indignationis exarsisse ignem, & ob aliquorum delicta in omnes misisse vindictam ex hoc p̃cipue formidam⁹, & dum nihil aliud ita periculis plenũ cõspicim⁹ talia vel grauiora etiam pertimescim⁹ in futurum, nisi dei mia nos respiciẽs correctiõis apponat remediũ salutare. Volẽtes igit̃ contra pestiferum hunc, et vix curabilẽ morbum officij nostri diligẽtiã exhibere, & totum quanta in nobis est virtute curare prædicti legati constitutionẽ super his editã ipsi⁹ inherendo vestigijs,

adiu-

adiuuãtes adñciẽdo ſtatuim⁹ et p̃cipim⁹ vt de præteritis añ hanc noſtram cõſtitutiõnẽ circa bñficiorũ cum cura plurralitatẽ: necnõ circa eos qui, put dñt in bñficijs ſuis nõ reſidẽt, nec ordinẽ ſacrũ recipiũt quẽ ipſi⁹ bñficij cura requirit ſuper præmiſſis p̃lati ſinguli ſine vlla diſſimulatiõe diligẽter inquirat, et in illis faciant ſtatutũ gñalis cõſilij efficaciter obſeruari Archiep̃i etiã ſup p̃dictis diligẽter inquirãt in puincialib⁹ cõſilijs ſuis, et negligẽtes corrigãt vt tenẽt: cũ de his in diſtricto iudicio rõnẽ reddere teneãt. Impoſterum aũt cũ ad bñficiũ curã hñs animarũ quẽquã p̃ntari, aut ipſi⁹ collationẽ alias fieri debere cõtigerit, ſtatuim⁹ vt p̃lat⁹ qui circa hoc gerit officiũ pri⁹ de vita et couerſatiõe p̃ntati vel inſtituẽdi ac de alijs quæ iura p̃cipiũt inquiſitiõe p̃miſſa hoc quoq; vigilanter diſcutiat & perquirat, vtrum habeat præſentat⁹ vel inſtituẽdus hmõi, p̃ſonat⁹ vel alia beneficia curã hñtia animarũ, et ſiquidẽ habet, an illa cum diſpenſatione

satione vel absq; ea tenuerit: quam si se habere asserat, illam infra terminum a prælato statuendum post assertionem huiusmodi ipsi prælato exhiqere procuret. Alioquin extunc nullatenus admittatur. Quod si institutus fuerit, nulla sit ipsa institutio ipso iure. Dispensatione vero exhibita, ipse prælatus prouide consideret: an ex vi dispensationis ipsius aliud vel alia cum iam habitis valeat obtinere. Quod si eum plura beneficia sine dispensatione habere vel habuisse compererit, ipsum ad id de quo agitur aliquatenus non admittat: hoc idem obseruans si exhibita dispensatio nō ad futura, sed tantū ad præterita se extendat, nisi prius in hoc casu ipse instituendus præstet corporaliter iuramentum, quod habita possessione beneficij in quo instituitur, statim alia beneficia quæ prius habuit sine difficultate dimittens, de illis per se vel per alium extunc se nullatenus intromittat: quod si facere præsumpserit, præter

periurij

piurij pœnã, quã incurrit, habitis & habẽdis nouerit se priuatum. Post quã autẽ secundum ea quæ diximus quisquam fuerit institutus, illico prælatis in regno eodem constitutis, in quorum dioceſi consistunt priora beneficia quæ habebat: nec non patronis ipsorum quod gestum est, si commode poterit denunciet institutor vt de beneficijs ipsis quæ ad ipsos spectare videntur disponant, & nihilomin⁹ nomina beneficiorum ipsorum conscribens in proximo tunc prouinciali concilio futuro ea denunciet, in quo videatur qualiter sit de ipsis beneficijs ordinatum, & vt appareat vtrum institutus verum dixerit, qui prius dixerat se alia beneficia non habere: quod si prælatus huiusmodi instituens secus egerit, institutionem factam reuocet infra mensem. Alioquin a collatione & institutione ad ipsum in quibuscunq; beneficijs spectãtibus, quousq; reuocauerit, sit suspensus. Eumq; si reprobatum crimen incurrit,

merito

merito culpa redarguit, et in quo aliũ iudicat seipsum condemnat, dũ in eodem ipse reꝑ phꝰ inuenitur, hanc apostolo dicẽte fugiendam labem in prælatis ecclesiæ detestantes, firmiter inhibemꝰ ne prælatꝰ qui præsentatum sibi ad ecclesiam vacantem ob defectum sacrorũ ordinũ recusat admittere alij eandã ecclesiã cõferat qui defectũ hmõi patiatur, ne sic potius videatur accepisse personã ꝙ iusticiã dilexisse: ꝙ si fecerit eiꝰ collatio vel institutio ipso facto sit inuallida et nulliꝰ momenti potius censeatur.

De commendis ecclesijs.

MIserabilis humanæ dignitatis casꝰ ita cõcupiscẽtiæ frena laxauit: vt reciso acumine ratiõis, et cõtra mala statuta irascibilitatis virga cõminuta, nihil putet iniquũ quod inexplebilia vasa cupiditatis videat influere, nihil inhonestũ quo auariciæ paretur cibꝰ esuriem nõ minuẽs sed augmẽtãs. Hæc si animas

sim-

ſimpliciũ obſidẽt, dolẽdũ eſt in vno gñe hominũ qui laici ideirco dicũtur, q plura lib⁹ miniſteriis ſũt derelicti. Sed in illis quib⁹ dñs pars eſt hæreditatis eorũ: qui hereditatis ſuæ reſtitutionẽ ſibi debent a dño preſtolari, qui ducatu ſuo regere alios et gubernare tenẽtur, hæc tãto amari⁹ et acerbi⁹ flẽda cõſpicim⁹ quãto cõmittũtur iniqui⁹ in illis, et periculoſi⁹, tollerãtur. Sane inter adinuẽtiões eorũ qui fraudes cõtra ſuas animas moliũtur hãc maxime cõperim⁹ diuini et humani iuris pſidia cõfundentem, q cũ vna eccleſia vnius debeat eſſe rectoris, ſicut ratio dictat et multiplicis iuris ſtatuta declarãt: Quidã tamẽ rationis expertes, vel iuris regulas contemnentes, dũ ad pluriũ eccleſiarum occupationem velamen aliud non habentes, quoquomodo ditari feſtinãt vacantes ſibi eccleſias commendari procurant: amplectentes iuris verba non ſenſum: quod aliqñ permittit haberi vnã eccleſiã intitulatam & aliã cõmendatam.

Et

Et cum iuxta sanum intellectum, propter necessitatem aut vtilitatem ecclesiæ vacantis ius commendationis, non tam præceptorie quam permissiue introductum ipsi cupiditatis suæ lucrum omnia conuertentes in ipsarum ecclesiarum dissipationem, non solum vnam sed plures recipiunt commendatas. Inter multa vero pericula, quæ ex hac pestifera factiõe proueniunt, aduertimus ecclesiarum dispendia rerum spiritualium negligentiã, & contemptum certum miseri suscipientis casum in malum vsum quæ aliena esse debuerant congregantis aut in proprios luxus & pompas superbiæ profũdentes quæ sunt ad pauperum alimoniam constituta. Hæc autem pro mole peccati furta, rapinas, & filij in conspectu patris victimationem excedere diuini iuris testimonio comprobantur. Nec præterijt diuinum intuitum cæcitatis cõcedentis, qui dum ecclesiæ prospicere debet, personam hominis accipit, cui nõ

tam

tam curandam ouem committit, quam miserabiliter deuorandam. Quia igitur nec timorem diuini iudicij, nec sacrorum canonum intentionem ad cohertionem talium sufficere, vel etiam perficere videntur. Nos autem & animarum saluti, & ecclesiarum indemnitati & statui diligentia qua possumus ex officij nostri debito prospicere cupientes, vniuersas ecclesiarum commendationes hactenus quibuscunq; factas: nisi ex euidenti vtilitate vnius tantum ecclesiæ cõmendatio sit facta penitus reuocamus, & ipsas exnunc vacare decernimus: eis ad quos ipsarum collatio, vel ad quos præsentatio spectat, districte mandantes vt infra duos menses post præsentis constitutionis nostræ publicationem cõferant seu præsentent. Alioquin ipsarum collatio ad sedem apostolicam deuoluatur. Imposterũ aũt firmiter inhibemus ecclesiam quamlibet commendari: nisi iusta causa & legitima id exposcat.

Et vt his omnibus adinuentionib⁹, ver sutiis, & fallacijs occurramus statuimus ne vltra vnum tantum cuiq; cũ cura animarum beneficium obtinenti ecclesia commendetur, neq; plures ecclesiæ alicui personæ valeant commendari.

Quod si cõtra ea quæ salubriter hac nostra prouisione statuta sunt ecclesiæ cõmendationem a quoq; vel cuiq; in locis nostræ legationis fieri contigerit: ipsam & quicquid ex ea secutum fuerit ipso iure decernimus non valere. Episcop⁹ vero qui commendationẽ contra præmissa fecerit: donec reuocauerit ipso facto a collatione seu præsentatione beneficiorum quorumlibet sit suspensus.

De confirmatione episcoporum.

PAstoralis sedis eminentia multis indigens gratiæ diuinæ muneribus, vt pastor in se mundus ambulet coram deo in veritate & in conspectu populi ad doctrinam. Inter alia quæ de põtificũ electione sacri canones ꝓuiderũt.

Illud

Illud igitur præcipuũ sibi vendicat: vt talis ad eam persona conscendat, quæ nullis quantum humanitati possibile sit, sit maculis denigrata. Quorundam igitur ignorantiam vel negligentiam aut dissimulationẽ, quæ circa electorũ confirmationes habetur vel etiam procuratur ex officij nostri debito diligentia qua possumus corrigentes, Statuim⁹ & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus: vt cum electionis episcopalis confirmatio postulat̃, inter cœtera super quibus inquisitio et examinatio ꝓcedere debet secundũ canonũ instituta illud exactissime inquirat̃, vtrũ bñficia plura cũ animarum cura qui electus est anteq̃ eligeret̃ habuerit: et si habuisse inueniatur, an cum eo super hoc fuerit dispensatũ: et dispẽsatio si quã exhibuerit vera sit, et ad beneficia quæ obtinuit extendatur. Quod si in aliquo ꝑmissorum ipe ad quẽ cõfirmario spectat electũ dẽ facere sua discussiõe cõperit eidẽ nulla

tenus munus confirmationis impendet.

De his qui tempore electionis beneficia dimittunt, & postea recipiunt, si eos eligi non contingat.

AMbitionis vicium in ardorem sitis exestuans: dum nec Mariæ optimam partem amplectitur, nec ad Marthæ ministerium in frequentiam profectus aspirat: sed pro dominandi libidine ad omnem eo ducente tramitem detorquetur: abiecto rationis intuitu phas & nephas improba temeritate permiscent. Sane illud interdum euenire didicimus, vt cum vacante sede ad quam quis ascendere concupiscit: ipse metuens se obtentorum beneficiorum pluralitate in suo desiderio posse deficere, ipsa beneficia resignet, immo penes eum ad quem spectant detestabili quadam pactione deponit, vt si eum eligi non contingat: eadem beneficia quasi deposita postmodum reassumat.

Con-

Contra hoc igitur tam abhominabile colludium sanctum & deo placens obstaculum opponentes districtius inhibemus, ne cuiquam de cetero taliter beneficia sua resignanti eadem restituantur: nec quasi de nouo aliquaterius concedantur: sed tanqnam vacantia de personis alijs idoneis canonice ordinentur: & si huiusmodi resignanti beneficia ipsa vel aliquod ex eis fuerint reddita, vel concessa, redditionem vel concessionem in ipsum factam inualidam decreuimus & inanem. Qui vero taliter in suis mãnib? resignata postmodum scienter ea contra præmissa cõtulerint, aut ipsũ resignantẽ instituerint in eisdem: si quidem episcopus fuerit a dalmaticæ tunicæ & sandalium vsu. Alius vero prælatus inferior ab officio sit suspensus, donec illud duxerint reuocandum.

De his qui faciunt pactiones cum his quos præsentant.

QVia plurimum euenire didicim⁹ q⁹ cum ad vacantem ecclesiam fu erit præsẽtatio facienda, ipse qui præsentandus est prius cum patrono de certa summa de bonis ecclesiæ sibi an nuatim soluenda paciscitur: & sic pac tus ad ecclesiam præsentatur. Nos huic actui tam symoniæ vicium q⁹ ecclesiæ dispendium ingerenti occurrere inten dentes, vniuersas promissiones et pacti ones huiusmodi penitus reuocamus et imposterum fieri districtius inhibem⁹, et si factæ fuerint vires aliquas decerni mus non habere. Pensiones autem om nes ecclesijs parochialibus hactenus im positas penitus reuocamus, nisi qui eas obtinent seu percipiunt legittima præ scriptione, vel speciali priuilegio, aut cer to iure aliquo sint muniti.

Quod negociationes non fiant in ecclesiis.

Omnia

OMnipotẽs dñs qui cũ ꝓpter pec cata nr̃a nobis iraſcit nõ obliuiſ citur miſereri, ſciens ſe poſſe ac debere placarí per contritorũ et humilia torũ orationes et gemitus, templa et ora toria cõſtrui voluit, in quibus cõuenien tes fideles abſtracti a cunctis exterioris bus actibus, et ſeipſos clauſis corporis ſenſibus in ſuis conſcientiis colligentes per oblationes et hoſtias, et præcipue p ſacrificia contriti cordis et orationes qui bus dño cõiungimur: irã iuſti iudicis mi tigarẽt, vt in miſericordiam conuerſa iu ſticia iuſte pctõres nõ cõſumantur pro meritis, ſed pro clementia creatoris miſe ricordiã conſequantur. Hæc ipſe dei fili us quẽ accepit ſic ſibi verbis et operib⁹ indicauit, et eccleſiã cum ſit domus oim eſſe ſpecialit̃ domũ ſuã aſſerens, eã non negociationis ſed orationis domum vo luit nominari tantum abhorrens in tem plo negociationem et commercia exer ceri, vt de funiculis flagello facto

vendentes & ementes de templo eiſce-
ret, licet in eo illa quæ ad vſum ſacrifici-
orum erant neceſſaria venderentur: aper
te ſignificans quam deteſtandum ſit il-
lorum delictum, qui marcata in eccleſijs
faciunt, & negociationes exercent de do
mo dei ſpeluncam latronum et domum
diaboli facientes, cum in huiuſmodi con
tractibus ſe ad inuicem decipiant vel in-
tendant decipere contrahentes. Ea pro-
pter diſtrictius inhibemus, & inhibendo
ſtatuimus, vt in eccleſiis quibuſcunq;
noſtræ legationis nullus de aliquibus re
bus venalibus mercatum teneat: nec vl
lam prorſus negociationem exercere
præſumat. Archiepiſcopis, epiſcopis, &
alijs eccleſiarum prælatis in virtute obe-
dientiæ firmiter iniungentes, vt hoc ſa-
lubre ſtatutum per cenſuram eccleſiaſti
cam ab omnibus inuiolabiliter faciant
obſeruari.

Quod fiat proceſſio pro pace re g
et terræ ſanctæ.

Iuſtus

IVstus & misericors dominus, qui nō vult mortem peccatoris: sed vt conuertatur et viuat, hominum peccata quandoq; punit temporaliter, vt eternaliter non cōdemnet, iuste visitat & misericorditer affligendo castigat, vt conuertantur ad eum & non pereant peccatores. Vnde quando diuidunt peccata nostra inter nos & deum nostrum, ipse languores & pestilentias immittit, & fames & bella exoriri permittit: dissentiones guerras, alia multa mala quibus necessāter peccatis eorum exigentibus homines affliguntur. Ex hoc siquidem regnum Angliæ inclitum, quod pacis pulchritudine gaudere solebat, guerris dissentionibus & bellis afflictum est multipliciter temporibus istis & miserabiliter desolatum: & quod pudori & doleri est toti populo christiano, terram sanctam in qua ipse dei filius salutem humani generis operatus est, tradidit in manū hostium nominis christiani, vt propter

delicta nostra nos terræ tam sanctæ hæ reditatione indignos ostendens, populum christianum ad bellandum suum bellũ exerceat ad salutẽ. Ipe vero dominꝰ qui quos diligit arguit, et castigat qui vulnerat et medetur, cõuersus ad orationes fidelium ad se reuertentiũ misericordiam in ira non continet: sed cum fuerit iuste iratus misericordiæ recordatur, vt pestilentijs & malis cessantibus, afflictis consolationem tribuat, languidis sanitatem restituat, & discordantibus vnitatem. Ea propter antiqui patres deliberatione prouida ordinauerunt: vt certis temporibus processiones fierent publicæ & solennes, in quibus conueniẽs populus visitatione domini castigatꝰ et eo zelo deuotionis accensus orationibꝰ ad miserandum dominum prouocaret, & ne vicio ingratitudinis arguatur, de collatis beneficiis deo grates exhibeant & laudes exsoluat. Quos nos digna emulatione sequentes statuẽdo pcipimꝰ:

vt

vt in omnibus terris nostræ legationis, quolibet anno in crastino Octa. pen. fiat vna processio publica & solennis, in qua conuenientes fideles tam religiosi quam seculares, de pace misericorditer restituta deo gratias exsoluentes orent ad dominum: vt ipse conuerso furore suo regnorum & terrarum suarum gerbenacula dirigat, pacem fideliter tribuat, & restitutam cõcordiã cõtinuet et confirmet, & terram sanctã quam suo proprio sanguine rubricauit ad laudem & gloriam sui nominis restituat cultui christiano.

De legendis constitutionibus singulis annis.

Honoris ecclesiastici obseruatio catholicæ fidei vnitatem, & meritũ pbens & augẽs gratiã & pacẽ acquirit a domino populis christianis: vt misericordiæ pater p̃ sanctæ matris ecclesiæ reuerẽtia, placabilia & exauditiõe cõdigna faciat vota iustorũ.

Ex

Ex diuerſo vero diuerſa & contraria, prorſus eueniunt, vt fidem & vanitatem ſcindat conculcata religio. Iram & indignationem omnipotentis dei effundat ſuper populum ex lege per ſua deſideria naufragantem, & inexorabilem reddat miſericordis domini pietatem. Proinde ad ſeruandos huiuſmodi poſitos a domino ſuper cuſtodias gregis ſui archiepiſcopos & epiſcopos ſalubriter excitamus, & eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus: vt ad eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum tuitionem, ſeu cuſtodiam, ſollicite inuigilent & intendant circa reformationem ipſarum paſtoralem curam & operam, ac intentam diligentiam apponentes, p̃ quæ eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ plurimũ ad reſtaurationẽ & conſeruationem poterunt adiuuari. Contra eos vero qui in his eorum iuriſdictionem & opus impedire tentauerint: ſanctorum patrum Romanorum pontificum et noſtras

ſtras conſtitutiones circa talia promul gatas, obſeruent & faciant obſeruari: ſub pœnis quæ in eiſdem conſtitutioni= bus exprimuntur. Ne autem ignorantia conſtitutionum ipſarum ab earum ob= ſeruantia quemquam poſſit auertere: præcipimus vniuerſis archiepiſcopis, e= piſcopis, abbatibus, & prioribus, exem tis, necnon cathedralium eccleſiarum ca pitulis: vt omnia ſtatuta hæc quæ in hoc noſtro ſunt conſilio promulgata in ſcri= ptis habeant. Et ipſi archiepiſcopi & epi ſcopi eadem in ſynodis ſuis ſingulis an= nis de verbo adverbum perlegi faciant diligenter.

De monachis & canonicis regu laribus & monialibus.

REgnum cælorum manſionibus multis teſte veritate diſtinctum, de mũdo, quaſi de torculari ſibi expri mit & colligit incolas per varias ince dentes virtutum ſemitas & extra mun di contagia, per diuerſos cancellos pœ nitentiæ

nitentiæ salientes mansionum cœlesti=
um tabernaculis varijs præmiorum sti=
pendijs ingressuros. Inter omnes hu=
iusmodi sanctum et deo proximum or=
dinem monachorum per virum illum
venerabilis vitæ gratia et nomine be=
nedictum docente spiritu sancto insti=
tutum et eleuatum ad carismata meli=
ora quanto per altioris vitæ gradus a
diebus antiquis de terrenis triumphan=
tem, attendimus regnum dei, sancta vi=
olentia rapientem tanto nobis cura
maior incumbit illius præseruare deco
rem, inuenire sanctimoniam, et immissi
ones per angelos malos præcludere
atq; illatos ab hostis gladio et insidijs sa
nare languores. Quoniam igitur hæc
sancta religio solutis aliquibus constan
tiæ nodis in luxum labentẽ ad tramites
latitudinis ducũt ad mortem miserabi
liter declinauit; occurrim⁹ sub diuino
consilio, & spe celestis adiutorij vt offi

cij

cui nostri debito circa oportunam refor mationem, salubriter instemus.

De professione fa= cienda.

SAne bonæ memoriæ Otho: sanctæ Nicholai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis apostolicæ sedis Legatus, inter alia de statu monachorum prouida deliberatione constituit vt quicunq; in monasterio est ad probationem admissus, professionem incontinenti faciat anno probationis elapso: aut exeat de eodem. Alioquin abbas vel prior qui aliquem sine professione sustinuerit, vltra annum per præsidentes in capitulo grauiter puniatur: & nouicius qui stererit profiteri cogatur, & haberi debeat pro professo. Nos autem vt expressa & instans pœna coher=

coherceat, quos delata & tacita sub cõfi dẽtia impunitatis, non cohibet a delicto adijciẽdo statuim⁹: vt abbas, vel prior, seu abbatissa, cuiuscũ q̃ ordinis vel reli gionis existat: qui nouiciũ profiteri non fecerint anno probationis elapso: nisi ca nonico fuerint impedimento detenti, vel nouicius ipse monasteriũ exierit in= fra mensem, tam diu in omnibus ferijs sextis in pane & aqua ieiunent, donec nouicium ipsum fecerint profiteri.

Nulli quoq; nouicio antequã professio nem fecerit, aliquod seruitium, officium, seu ministerium committatur, cum eo tempore ita regulari disciplinæ debeat esse deditus & intentus, vt ad alia diuer= tere valde nociuum apertissime digno= scatur.

Quod constitutiones summorum pontificum legantur.

POrro cum ignorantia mater erroris ita in interitum ducat: vt cæcus am bulans in tenebris illius non prius damnum

damnum sentiat quam incurrit: antedi-
ctus legatus salubri constitutione decre
uit, vt abbates et priores continuo post
regulam scribi faciant constitutiones et
sanctiones summorum pontificum ad
eos, et eorum ordinem præcipue pertinē
tes quæ in conciliis et compilatione do
mini Gregorij papæ noni sub infra
scriptis titulis continentur: videlicet de
regularibus. Ex parte statuimus ne reli
gioli. De statu monachorum. Monachi.
Cum ad monasterium in singulis pro-
uincijs ea quæ de symonia, quoniam sy
moniaca labes. De sententia excommu
nicationis. Monachi. Vniuersitatis, cū
eorum absolutio. De monialibus. De fi
deiussoribus. Quod quibusdam. De so-
lutionibus. Quorundam. Nos autem
adijciendo statuimus & districte præci-
pimus vt magistri nouiciorum eos in re-
gula beati Benedicti, vel sancti Auguſti
ni, seu quacunq; alia doceant & instruāt
diligenter, ita q; quilibet religiosus regu

lam plene addiscat, & quasi cordetenus eam sciat. Prædictæ vero constitutiones in singulis monasterijs bis in anno, scilicet in principio aduentus, & in capite quadragesimæ omnibus conuocatis in capitulo prælegantur.

De proprietarijs monachis vel alijs religiosis.

QVia vero in monachis est quasi idololatria quarumcunq; rerum detenta proprietas in cuius habendæ cæcationem facile inducuntur seu corruunt diabolo suggerente: dictus Legatus simplici canonum præceptione conrent⁹ statuit, vt null⁹ monach⁹ ꝑpriũ de cœtero habeat et si habeat p̃lato suo sine dilatione resignet. Quod nos efficacius prosequentes statuimus & districte p̃cipimus, quod cuiuscunq; ordinis abbates et priores, abbates proprios qui non habent super proprietatib⁹ bis in anno inquisitionem faciant diligentem, quos cum tales inuenerint, puniant secundum

dum sanctiones canonicas & regularia instituta. Quod si episcopi, abbates, et priores implere neglexerint, ipso facto a suis administrationibus sint suspensi: donec præmissa diligenter fuerint executi.

Quod non detur pecunia religiosis pro vestibus & cæteris vitæ necessarijs.

ET quidem ne de proprietatis vicio super dorsum peccatoris fabricandi, occasio sathanæ offeratur, & ipsi homini detur habilitas delinquendi: statuimus vt cum quispiam monachorum, seu aliorum religiosorum vestibus, calciamentis, vel alijs vitæ necessarijs indiguerit: is qui super his ministrandis gerit officium pecuniam, vel denarios non tradat pro re huiusmodi taliter indigenti, sed res ipsas prout necessitas exegerit subministret.

Si autem is qui huiusmodi præest officio, contra facere præsumpserit, officio in quo sic deliquerit, & præstiterit materiam delinquendi, sit priuatus, nihilominus alias superioris arbitrio puniendus.

Quod monachi soli non stent in manerijs & ecclesijs.

MOnachos seu canonicos regulares per maneria vel ecclesias solos morari tam indecens quam animabus periculosum esse conspicientes, firmiter & districte præcipimus vt abbates & priores monachos sic manere non faciant vel permittant, sed si qui sint eos sine moræ dispendio reuocent ad conuentum: vel vbi suum monachũ studeant sociare. Alioquin ipsi abbates & priores ab officio, donec id impleuerint, sint suspensi. Quod si forte pauperes habeant ecclesias, quæ duobus non sufficiant exhibendis, faciant illis per seculares clericos

cos deseruiri, vt sic debitis ecclesiæ non fradentur obsequijs, nec regularis frangatur integritas disciplinæ.

Quod non dentur maneria ad firmam monachis.

AD firmam vero, quæ mercationis instar habet, alicui monacho dari manerium, ecclesias, possessiones vel alia quelibet bona siue a proprio prælato siue ab alio quocumq; districtius inhibemus. Quod si factum fuerit, præter pœnas antedicti Legati, vel alijs constitutionibus impositas, quicunq; dederit firmam huiusmodi, singulis sextis feriis in pane tantum & in aqua per vnius spacium anni ieiunet.

De esu carnium.

ADhæc quoniam regularis obseruantia quæ per arctam viam ducit ad vitam per carnis superbiam laxatis habenis multipliciter impugnatur, merito sancti patres carnem voluerunt ab esu carnium cohibere: vt eius super-

biam contereret parcitas: et per mundi abstinentiam carne deuicta, spiritus domino gratiam decantaret. Super his prænominatus legatus statuit; vt cũ esus carnium sit monachis nigri ordinis per regulam sancti Benedicti: nisi in certis casibus: et locis necnon abbatum præsidentium & eorum generali capitulo interdictus monachis qui per abusum consueuerãt vesci carnibus, abbates et priores loco hmõi vetiti cibi iuxta fuculratem domus aliũ cõpetentem ministrare curarent. Nos autem adiiciendo firmiter & districte præcipimus; vt abbates et priores proprios non habentes abbates, acabbatissæ, seu priorissæ ordinis sancti Benedicti circa esum carnium sollicite ac generaliter inquirant, ac eos quos in hoc inuenerint delinquentes grauiter puniant, delicti & delinquẽtium circumstantias attẽdẽtes. Episcopi vero cum subiecta sibi monasteria visitãt de hmõi esu carnium subtiliter

discu-

discutiant et inquirant: et puniãt punie dos quos pœna nouerint indigere. Alioquin præter indignationem & maledictionis diuinæ acerbitatem donec id fecerint sint suspensi.

Ne aliqui religiosi in refectorio et dormitorio vtantur preciosioribus aliis.

ILlud quoq; ridiculosæ scurrilitatis opprobriũ auferentes qno monachi et alij religiosi quidam se maiores alijs existimantes, et ostentare volentes et vasis preciosioribus vti contẽdũt: districtius inhibem⁹ ne quis monachorũ vel monialiũ, seu canonicorũ regulariũ cipho argẽteo, vel p̃ciosiori alio in refectorio vel in alijs locis vtatur, illum quasi proprium possidẽdo, aut in dormitorio maiori apparatu lecti vel teguminis. Cũ enim omnes pares sint et sub sãctæ fraternitatis nomine coæquales, ridiculum est vt alter maiorem altero se ostendat: qui de hoc gloriari debet, vt ostendat cœteris se minorem.

Qnod

Quod semper in refectorio duæ partes remaneãt.

Tatuimus insuper & districte præ-
Scipimus, vt cũ abbas vel prior vult aliquos in camera sua reficere: ita re-ficiendorum numerus moderetur, quod saltem duæ partes fratrum in comestio-ne remaneant in conuentu. In hoc vero apponant prouidentiam diligentem, vt sine personarum acceptione, nunc hos nunc illos ad refectionem vocent, quos magis nouerint indigere.

De infirmis.

DE infirmis quibus humanitatis præbere præsidium charitas iu-bet, et pietas interpellat: distri-cte præcipimus: vt prior vel sup prior claustralis sæpe visitationis exerci-tium adhibens circa ipsos vigilanter per quirat qualiter ab infirmario procuren-tur. Si quos vero defectus in hoc inue-nerit, ipsos abbati vel priori denunciare festinet, abbas autem seu prior omnem de-

defectum sine tarditate: & negligentia circa id faciat emendari. Quod si abbas vel prior præmissa minime seruauerint ipso facto: donec id fecerint, ab officio sint suspensi.

Quod nulli religiosi vendant vel assignent liberationes aliquas.

VOlentes etiam ecclesiarum indemnitatibus prouidere: illud vicium extirpamus quo quidam abbates, & priores, & aliarum ecclesiarum rectores, & custodes hospitalium cupiditatis ardore, qui eorum corda vehementer inflammat interueniente precio, plus personis quam ecclesijs consulentes ad certum tempus seu ad vitam illorum quibus fit concessio, certum quid quod communiter liberatiões appellant, vendunt & assignant pro vitæ necessariis diebus singulis vel certis temporibus exsoluendum. Ex quo fit vt in ecclesijs, hospitalibus, & monasterijs in dictarum liberationum solutione gra

ratis eorum qui deberent ecclesijs & monasteriis deseruire, ac infirmorum & pauperum, ad quorum sustentationē huiusmodi bona sunt specialiter assigna ta numerus minuatur, per quod eccle siæ seruicijs debitis, et pauperes ac infir mi alimonijs defraudantur in eorum qui eas concedunt animarum pericu- lum et scandalum manifestum. Propter quod districtius inhibemus, ne vnquam personis aliquibus huiusmodi liberati- ones vendantur. Et si aliquæ ante hanc constitutionem nostram concessæ fue rint imperpetuum vel ad tempus resig nantibus, vel decedentibus illis qui eas obtinuerunt hactenus, abbates, priores, rectores, et custodes præfati eas de no uo eorum hæredibus vel alijs non con cedant. Quod si contra hoc salubre sta tutū aliqui attēptare pīsumpserint, nisi eas reuocauerint, ab officio sint suspēsi.

Quod seruetur antiquus monacho rum numerus.

Cæterum

Cæterum cũ iuxta ſapientiæ doctri nam in multitudine populi ſit di gnitas regis, et in paucitate plebis ignominia principis: nulla debet auari cia, nulla deſidia, vel contẽptus arripere, vt regis regum cultum attenuet colen tium paucitas: et contra multiformis ne quiciæ hoſtẽ minuatur exercit⁹ bellato rum. Ideoq; ſtatuim⁹ et diſtricte præci pim⁹, vt ſingulis monaſteriis, & in his p̃cipue quæ ſunt eccleſiæ cathedrales ſer uetur antiquus numer⁹ monachorum.

De ratione adminiſtrationis red denda.

DE prælatis autem, et adminiſtratio nib⁹, atq; officialibus illud ſtatui mus, vt abbates et priores propri os abbates nõ habentes ſaltem ſemel in anno præſente toto conuentu, aut aliqui bus ex ſenioribus vel prudentioribus ad hoc a capitulo deputatis: reddant de ſta tu monaſterij, & adminiſtratione ſua plenariam rationem.

Si

Si quis vero abbas vel prior statutum huiusmodi neglexerint obseruare ipso facto donec satisfecerint a suis administrationibus sint suspensi.

Quod religiosi non ement vel vendent.

VEnalium commercia rerum quibus cupiditas dãdi minus vel plus recipiendi expetit captiones vix aut nũquam sine interuentu peccati etiam inter laicos fieri dignoscitur, quanto magis eorum manus qui sanctæ religionis habitu et obseruantia sunt a terrenis actibus eleuati: sordidum & fetidum existat a talibus inquinari. Hoc igitur circa illos quasi abhominabilem lepram officio debitæ sollicitudinis insequentes arctius inhibemus, ne monachi moniales aut religiosi quilibet cuiuscunq; religionis existunt mercationes quæ in emendo vel in vendendo consistunt in mundanis

danis mercatis vel alias audeant in quibuslibet rebus aliquatenus exercere. Alioquin non solum hi qui fecerint, verum etiam hi de quorum mandato processerit ipso facto ab officio sunt suspensi: quæ suspensio per superiorem non relaxetur: quousq; satisfecerint de præmissis. Quæcumq; vero circa monachorum statum et conuersationem superius sunt statuta in monialibus: quæ eadē quo q; professione censētur, volumus et præcipimus obseruari.

Quod moniales certa loca non exeant.

MOniales deo dedicatæ quæ abnegantes seipsas et renūciantes seculo, Christi seruitio se perpetuo mā ciparunt, omni custodia seruare se debēt et portas sensuum obseruare, ne vnquā introitus pateat maligno spiritui, ex quo eis vel aliis in prauo desiderioru̅ ardore,

vel

vel saltem leui cogitatione detur occasia delinquendi. Quapropter in cœnobijs certa loca sunt deputata, quæ eas exire non conuenit, vt possint domino cordis & corporis innocentiam obseruare. Intrare enim debet monialis in quo prudenter orando sibi prouideat, ne aliquando in tentationem incidēs in delictum aliquod prolabatur.

Accedat ad capitulum, in quo iuste poeniteat quod commisit. Intret dormitorium & refectorium horis suis, in quibus corpus ad sustentationē ne deficiat, reficiat recreando. Assistant igitur sibi temperantia, ne ex refectionis superfluitate caro recalcitret: & eam non deserat fortitudo: vt resistat fortiter tentationibus dum quiescit, sed cæteris horis moretur in claustro, in quo sic se claudat & corporis sui sensus, vt inter se & mundum chaos esse firmatum intelligens & solum deum oculis mentis aspiciens, aliquod prægustet, de eternæ

vitæ

vitæ dulcedine contemplando.
Præmissa vero loca a personis secularibus vacua esse præcipimus, vt ad ea nō nisi ex necessaria causa, & iusta personæ seculares accedant: & hoc non frequenter sed raro: ne ex frequenti conuersatione secularium quies earum, vel contemplatio perturbetur, vel saltem ad secularis cogitationis desideria earum animus pertrahatur.
Ea propter & illud statuimus, nunquam cum hominibus, vel aliquibus personis religiosis vel secularibus: nisi in publicis & non suspectis locis colloquium habeat monialis: & vbi seriosum colloquium est habendum: monialis sola non conueniat ad colloquendum, sed sibi ad minus monialis alia deum timens, & in religionis obseruatione rigida societur: quæ & illos semper videat, & possit omnium quæ per aliam facta fuerint esse testis, nisi quando voluerit confiteri.

Nunquam

Nunquam etiam extra domum nisi de iuri superioris licentia & permissu, cum aliquo homine comedat, nec tunc nisi cum tali qui tanta sit ei consanguinitate et affinitate, seu alia honesta familiaritate coniunctus, et alias non suspectus, quod non licet inter eos aliquid suspicari siniſtrum. Alia vero loca quæcunq; monialis sibi reputet penitus interdicta, vt ad ea nunquam accedat, nisi ad locū infirmariæ vel alium ad hoc monialibus depetutum, in quo de licētia abbatissæ, seu priorissæ, causa recreationis esse poterit, si debilitate fuerit, seu infirmitate detenta, vbi recreationem et infirmitatis remedia percipiat oportuna. Ad officinas etiam moniales, nisi illæ quibus ex officio competit, non accedant, et illæ nunquam solæ, sed cum honesta societate: vt superius de alijs est expressum.

Abbatissa, vero et priorissa, et cetere quæ monasterijs præsunt quocunq; nomine censeantur monasteria non exeant:

eant: nisi ex euidenti monasterij vtilitate seu necessitate vrgente: et cum societate honesta. Cæteris vero inferioribus monialibus nunquam nisi iusta et necessaria causa exeundi monasterium licentia præbeatur: & tunc nunquam solæ, ire, esse, vel morari extra monasterium permittatur: nisi tali fuerit alia societa, quæ sic probata fuerit in monasterio quod de ipsa nihil siniſtrum valeat suspicari. In terris quoque nostræ legationum consuetudinem abolemus qua moniales monasteria exire consueuerunt occasione processionũ quæ quãdoq; fuerunt publicæ & solennes, firmiter statuentes vt occasione prædicta monasteria sua non exeant moniales: sed infra septa monasteriorum processiones solennes peragant temporibus quibus consueuerunt fideles in processionibus conuenire. Nihilominus archiepis epis & alijs ecclesiarum prælatis quibus visitandi officium de iure seu consuetudi-

ne cõpetit, in virtute sãctæ obedientiæ, & sub obtestatione diuini iudicij districte pcipimus: vt monasteria monialium cum expedit visitantes, quæ statuta sunt firmiter faciant obseruari.

Vt monachi frequenter confiteantur & celebrent.

AD hæc quia scriptũ est, q̃ septies in die cadit iustus; et q̃ nemo existens in mortali corpore sine crimine viuit: necessaria multũ, et vtilis est, pcipue religiosis, cõfessio in qua omnibus quæ deũ possẽt offẽdere, vel cõsciẽtiã pmũt, cũ cordis cõtritione discussis, et cũ amaritudine recensitis, accedãt cũ securitate cõsciẽtiæ ad orãdũ et offerẽdũ immaculatã in hostiã altari. Propter q̃ statuim⁹ q̃ abbates, seu priorres, vel suppriores eis absẽtib⁹ frequẽter requirãt saltẽ semel in mẽse cõfessores frũb⁹ deputatos de nominib⁹ cõfitẽtiũ fratrũ: vt sic illos qui nõ frequẽter cõfitẽt grauiter arguãt et ad cõfitẽdũ inducãt. Quod mandamus circa monachos cõstitutos in sacerdotio: qui non frequenter celebrant obseruari.

TABVLA CONSTITV-
tionum Othonis.

VT infra annnm omnes eccleſiæ dedicẽtur. fol.3
Ne pro ſacramentis eccleſiæ aliquid exigatur, & quod forma in confeſsione ſeruetur. fol.3.
De baptiſmo. fol.4
Ne aliquid recipiatur, vel exigatur pro pœnitentiis iniungendis. fol. eodem
De confeſsionibus prælatorum. fol.5
Ne indigni promoueantur &c. fol.eodem
Ne dentur dignitates ad firmam, ibidem
Ne vltra quinquennũ eccleſiæ dentur ad firmã fol.6
De perpetuis firmis non concedendis. fol. eodem
De vicariis & eorum ordinibus. fol.7
Ne conferatur aliquod beneficium, donec conſtiterit de morte, vel de ceſsione poſſeſsoris, fol.eodem
Ne pluribus detur vna eccleſia prætextu plurium patronorum. fol.9
De clandeſtinis matrimoniis quorundam clericorum, & de clericis concubinariis. fol. 11
De ſucceſsione tollenda in eccleſiaſticis beneficiis. fol. 12
De latronibus non defendendis. fol. 13
De eſu carnium quo ad monachos fol.eodem
De procurationibus & viſitationibus archidi. fol.14.
De cõcordia reformãda & pace ſine impedimẽto. fol.15
De officio archiepiſcoporum & epiſcoporum. fol.eodem
Ne cauſæ matrimoniales iudicibus imperitis cõmittantur.

mittantur. fol.19
De iuramento calumniæ. fol.eodem
De officio procuratorum. fol.17
De citationibus faciendis. fol. eodem
Quæ literæ falsæ dicantur, & de pœnis eorum, qui eis vti præsumunt. fol.18
Quomodo prælati, & alii officiales sigilla authentica debent habere. fol.19
De iuramento aduocatorum, & de custodia actorum originalium, & de cautione præstanda ab eo qui mittitur in possessionem.

FINIS.

TABVLA CONSTI-
tutionum Othoboni.

De baptismo. fol.24
Ne pro sacramentis ecclesiasticis aliquid exigatur, & q. forma in cõfessione obseruetur. fol.25
De consecratione ecclesiarum. fol.26
De clericis arma portantibus, cum furibus. fol.28
De habitu clericorum. fol.29
Ne clerici iurisdictionem secularem exerceant. fol.31
Ne clerici sint aduocati in causis secularibus, neq; iudices vel assessores in causis sanguinis. fol.32
De concubinarijs. fol.33
De vicariorum residentia, & institutione. fol.35
De intrusis. fol.37
Ne vna ecclesia diuidatur in plures personatus. fol.40
De abstrahentibus confugientes ad ecclesias, vel cimiteria, seu res ibidem depositas, & de auferentibus aliquid præter voluntatem dominorũ ecclesiasticorum de bonis, maneriis, seu grangijs. fol.42
Ne quis impediat matrimonia solennisari in facie ecclesiæ. fol.44
De executione testamentorum. fol.eodem
Ne prælati ecclesiarum fructus vacantium percipiant, vel suos faciant. fol.45
De oblationibus capellarum matrici ecclesiæ restituendis. fol.46
De domibus ecclesiarum reficiendis. fol.eodem

De procurationibus, quæ ratione visitationis debentur, non recipiendis ab archidiaconis, vel aliis inferioribus prælatis, nisi cum visitant. fol. 47
Ne pœna pecuniaria recipiatur a subditis pro delicto notorio. fol. 48
De firmis. fol. 49
De residentia archiepiscoporum, vel episcoporum. fol. 50
De appropriationibus ecclesiarum non faciendis. fol. 51
De bonis intestatorum. fol. 52
De delegatione. fol. eodem
De forma citationis. fol. 53
De iuramento aduocatorum. fol. 54
Ne iudex pacē vel concordiā litigātiū impediat. fol. eod.
De publicanda absolutione. fol. 55
De institutionibus & collationibus. fol. eodem
De commendis ecclesiis. fol. 58
De confirmatione episcorum. fol. 60
De his qui tempore electionis beneficia dimittunt, & postea recipiunt, si eos elegi non contingat. fol. 61
De his qui faciūt pactiones cū his quos præsētāt. fol. 62
Quod negotiationes non fiant in ecclesijs. fol. eodem
Quod fiat processio pro pace regni, & terræ sāctæ. fol. 63
De legendis constitutionibus singulis annis. fol. 65
De monachis, & canonicis regularibus, & monialibus. fol. 66
De professione facienda. fol. 67
Quod constitutiones sūmorū pontificū legātur. fol. eod.
De proprietarijs monachis, vel aliis religiosis. fol. 68

Quod

Quod non detur pecunia religiosis pro vestibus & cæteris vitæ necessariis. fol,69
Quod monachi nõ soli stẽt in maneriis, et ecclesiis. eod.
Quod non dẽtur maneria ad firmã monachis. fol.70
De esu carnium. ibidem
Ne aliqui religiosi in refectorio & dormitorio vtãtur preciosioribus aliis. fol.71
Quod sẽper in refectorio duæ partes remaneãt. fol eod.
De firmis. ibidem
Quod nulli religiosi vendant vel assignent liberationes aliquot. fol,72
Quod seruetur antiquus monachorũ numerus. fol.eod
De ratione administrationis reddenda. fol 7
Quod religiosi non ement, vel vendent. fol eodem
Qnod moniales certa loca non exeant. fol.74
Vt monachi frequenter confiteantur, & frequenter celebrent. fol.76

FINIS

FINIS

TITVLORVM INDEX Alphabeticus.

De

Appellationibus. pag.65

Accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus. pag.202

Apostatis. pag.229

De

Baptismo & eius affectu. pag.107

De

Constitutionibus. pag.7

Consuetudine. pag.6

Clericis peregrinis. pag.20

Cohabitatione cler. & mul. pag.73

Clericis coniugatis. pag.74

Clericis non residentibus. pag.77

Concessione præbendæ, pag.86

Censibus & procurationibus, pag.146

Celebratione missarum, pag.157

Custodia eucharistiæ, chrismatis, & olei sancti. pag.175

Clerico venatore. pag.232

Clandestina desponsatione. pag.199

De

donationibus. pag.95
decimis & oblationibus. pag.112
desponsatione impuberum. pag.199

De

Ecclesijs ædificandis, pag.178
Eo qui furti ordi. recepit. pag.233
Excessibus prælatorum. pag.234

De

Filijs præsbiterorum. pag.61
Foro competenti, pag.46
Feriis. pag.53
Furtis. pag.232

De

Hæreticis & schismaticis. peg.211
His qui filios occiderunt. pag.233
Homicidio. pag.231

De

Iudicijs

Iudiciis. pag. 41
Iureiurando. pag. 62
Institutionibus & commendis. pag. 83
Iure patronatus. pag. 143
Immunitate ecclesiarum. pag. 182

De

Locato & conducto.

De

Maioritate & obedientia. pag. 36
Magistris & potestate docendi. pag. 206

de

Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immiscean t. pag. 195
Ne prælati vices suas sub an. censu cõcedant. pag. 205

de

Officio archidiaconi. pag. 21
Officio archipresbyteri. pag. 25
Officio vicarii. pag. 34
Officio iudicis ordinarii. pag. 36

De

Postulando. pag.38
Procuratoribus. pag.39
Presumptionibus. pag.61
Præbendis. pag.80
Pignoribus. pag.65
Peculio clericorum pag.97
Parrochiis & alienis paroch. pag.111
Priuilegijs, pag.235
Purgatione canonica. pag.236
Pœnis. pag.238
Pœnitentiis & remissionibus. pag.253

De

Rebus ecclesiæ non alienandis. pag.90.
regularibus & transeuntibus ad religionem. pag.129
religiosis domibus. pag.141
reliquiis & veneratione sanctorum. 176

De

Summa trinitate & fide catholica. pag.1
Scrutinio in ordine faciendo. pag.11
Sacra vnctione. pag.12

Sacra³

Sacramentis iterandis vel non. pag. 17
Sequestratione possessionis & fructuum. pag 60
Sepulturis. pag. 99
Statu regularium. pag. 132
Sponsalibus & matrimonio. pag. 198
Symonia. pag. 203
Sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti. dag. 298

De

Temporibus ordinandorum. pag. 10
Treuga & pace. pag. 37
Translationibus. pag. 38
Testamentis. pag. 98

De

Vita & honestate clericorum. pag. 67
Voto & voti redemptione. pag. 131
Verborum significatione. pag. 281.

FINIS.